O muse si vīe blādicie detratis sent nobis: quē id est aliquem vir prophanum id est litteratum vti p tanq̄: solitū id est similem vulgo: ego putarem id ferendum id est patiendū minus moleste. quippe in hoc nihil lederentur nostre opere id est nostre sedulitates: sed vos alteristis nobis hunc hominem enutrituz studijs id est scientijs eleaticis id ē aristotelicis atq̄ achademicis platonicis. tunc fugat eas dicēs. ¶ Sed abite id est recedite vos syrenes dulces vsq̄z in exitium id est in mortem: ⁊ relinquite eum curandum meis musis id est doctrinis salutiferis: tunc iste chorus id est turba musarum increpitus id est redargutus mestior: id est tristior: existens: vultum suum deiecit id est inclinauit: humi id est terre: et ruboze confessus verecundiaz tristis excessit id est exiuit: limen id est domum in qua decubuit Boetius.

¶ Notādum q̄ iō muse poetice dicebantur assistere thoro Boetij: quia Boetius studuit metrice dolorem suum conscribere. Item philosophia dicit paulisper commota: per quod innuitur q̄ ira immoderata non debet cadere in virum sapientem: quia virtus consistit in mode ratione passionū. vnde licet irasci sit homini naturale: tamen irasci quādo oportet ⁊ vt oportet ⁊ quantum oportet est hominis virtuosi et sapientis. vnde Seneca. Quid crudelius ira.

Similiter in de virtutibus cardinalibus. esto tardus ad iram. Item interrogatio quandoq; fit causa ignorantie alicuius: aliquando vt ex responsione facta aliquid prodeatur. quandoq; fit propter increpationez faciendam. ⁊ hoc vltimo modo philosophia interrogat di. quis has scenicas meretriculas ⁊ cetera. ¶ Notandum q̃ muse poetice dicuntur meretricule. sicut enim meretrix allicit hominem delectando nihil vtilitatis sibi conferendo ⁊ cõmiscet se cuilibet nõ ex amore: is spe lucri: ita poete nõ scribunt amore scientie: sed vt aliquid laudis vel premij consequãtur: ⁊ delectant ratione metri modicuz vtilitatis conferẽdo: sed diuersas passiones inducendo. Appellat autem philosophia musas meretriculas scenicas: quia carmina poetica in scena consueuerunt pronunciari. ¶ Vbi nota q̃ scena dicebatur locus vmbrosus in theatro vbi abscõdebantur persone pronunciantes carmina tragicia vel comica. Vnde scena interpretatur vmbratio vel vmbra. vel ideo muse poetice dicũtur scenice id est vmbratiles: quia sunt vmbra scientie non vera scientia: cuz obumbrent mentes hominum. Item metrica descriptio doloris non sanat dolorez: sed magis auget: quia considerat io miserie est prouocatiua tristicie. vnusquisq; autem cum diligentia considerat quod scribere vult. Item metrica descriptio dicitur esse dulce venenum: quia placet ⁊ nocet. ratiõe metri placet: sed propter recordationem doloris nocet. Item affectus est vehemẽs animi passio animum torquens: ⁊ verum iudiciuz rationis impediens. ⁊ sunt quattuor: affectus animi: gaudium: dolor: spes ⁊ timor: qui dicuntur infructuose spine: quia suffocãt segetem rationis que est scientia ⁊ virtus. Item licet de omni errore dolenduz sit: potius tamen de errore sapientis q̃ insipientis. nam error sapientis alios exemplo corrumpit: error autem insipientis non: q: ab insipiente non trahitur exempluz. propter quod dicit Salustius. Omnia mala exempla a rebus bonis orta sunt. Ergo dicit philosophia magis dolendum de errore Boe. q̃ alterius profani. Item secundum Duguitionem profanum idem est q̃ templum. Inde profanus id est sacrilegus quasi procul a profano id est a templo. Profanum etiam dicitur quicquid non est sacrũ. vnde omnes laici ⁊ illitterati dicuntur profani quasi procul a profano sapientie. Item secundum Duguitionem opera opere est sedulitas in rebus agendis. opera aũt philosophie est intentio vel labor ad aliquid philosophicum addiscendum. Item eleys est ciuitas grecie in qua studuit Aristoteles. vnde studia sua dicuntur eleatica. Achademia autem fuit ciuitas vel villa in qua studuit Plato. vnde studia sua dicũtur Achademica. Et risq; autem studijs Boetius fuit enutritus. Item philosophia musas appellat sirenes. Sicut enim sirenes dulcedine cantus attrahunt naues periclitando eas: sic muse delectatione metri allicium homines vel mentes hominuz ⁊ rationem aliquo affectu submergunt ⁊ obscurant. Item q̃ vna philosophia conuentum musaruz expulsit signatur: q̃ vnus sapiens sua virtute ⁊ sapientia infinitos errores stultoruz extinguit. ¶ At ego cuius acies. Hic Boetius ostendit quomodo obstupuit de actu philosophie dicens. At ego Boetius cuius acies id est visio mersa: lachrymis caligarat id est obscurata fuerat: vt nec possem dignoscere id est inuestigare: que nam id est que esset hec mulier: tam imperiose auctoritatis id est potentie: ego obstupui id est miratus fui: et defixo id est inclinato visu in terrã: tacitus cepi expectare quidnam deinceps id est consequẽter esset acturа circa me. ¶ Notandum quia Boetius doluit de amissione rerum temporaliũ: eius acies id est ratio ⁊ intellectus: caligarat id est q̃ non potuit cognoscere philosophiam.

dumq; reliquite. B. his ille chorus increpitus deiecit humi mestior vultuz: confessusq; rubore verecundiaz lumen tristis extersit. At ego cuius acies lachrymis mersa caligarat: vt nec dinoscere possem quenam hec esset mulier taz imperiose auctoritatis obstupui: visuq; in terram defixo quidnam deinceps esset actura expectare

¶ Nota ꝙ licet Boetius de actu philosophie obstupuit: tamen tacitus expectauit quid deinceps facere vellet: per hoc innuens se esse talem qui consolationes acciperet. qui enim refutat alios audire: nec audita ratione acquiescunt: tales sibijpsis obstaculum consolationis faciũt ¶ Tũ illa propius accedens. Dic Boetius ostẽdit quomodo philosophia sibi appropinquãs statum eius deplanxit di. Tum illa philosophia accedens propius consedit in extrema parte lecturli id est cordis mei: ⁊ intuẽs vultum meum grauem. i. grauatum luctu: atqꝫ deiectum. i. inclinatum: in humum id est in terrã: merore. i. tristicia: conq̃sta est his versibus sequentibus de perturbatõne nostre mentis. ¶ Nota ꝙ philosophia dicitur sedisse i extrema parte lecturli id ẽ cordis Boe. Nam cum esset in tristicia ⁊ dolore propter amissionem rerum temporalium: parum vel nihil sapientie hẽbat. ⁊ qꝛ tota cura eꝗ erat circa terrena amissa: ideo dicitur habuisse vultum merore deiectus in humum.

tacitus cepi. Tum illa propius accedens in extrema lecturli mei parte consedit: meumqꝫ intuens vultum: luctu graues atqꝫ in humũ merore deiectum: his versibus de nostre mentis perturbatione conquesta est.

Metrum secundum primi libri.

Heu q̃ precipiti mersa profundo.
Mẽs ebet ⁊ propria luce relicta
Tẽdit in externas ire tenebras.
Terrenis quotiens flatibus acta.
Crescit in immensum noxia cura.

Metrum secundum primi libri.

Heu q̃ precipiti mersa profundo. Dic incipit metrum secundus huꝗ primi quod vocatur metrum dactilicum a pede predominante. ⁊ dicitur tetrametrus a numero pedum: a tetra quod est quattuor: q̃ quattuor pedes continet: ⁊ dicitur ypercatalecticũ propter syllabam abundantes post duos pedes in medio versus. Verbi gratia. Primus pes est heu q̃. secundus precipiti: sed syllaba ti huius nominis precipiti superabũdat. tertius ẽ mersa pro. quartus fundo. similiter est in alijs. In hoc ergo metro philosophia deplangit statum Boe. dolendo de perturbatione sue mentis: ⁊ facit duo. primo vniuersaliter phia deplãgit perturbatõem mentis hoim. secũdo specialiter cõuertit planctũ suũ super Boetiũ ibi. hic quondam. primo dicit. ¶ Heu q̃ id est ꝙtum: mens hoim ebet id est obscuratur: mersa precipiti profundo id est cura rerũ temporaliũ que precipitant hoies: ⁊ talis mens relicta propria luce id est cõtemplatõne: tendit id est laborat: ire in tenebras externas id est in ignorantias exteriores. hoc aũt cõtingit hominí quotiẽs supplẽ mens: acta id est agitata: terrenis flatibus id est prosperitatibus vel euẽtibus: cura id est solicitudo rerũ temporaliũ: noxia id est nociua: crescit in immẽsum id est supra modũ. ¶ Nota ꝙ in nobis est duplex virtꝰ: rõnalis ⁊ sensualis. sensus autẽ semp aduersatur rationi: q̃ caro cõcupiscit aduersus spm: ⁊ spiritus aduersus carnẽ. cũ autẽ sensualitas vincit rationẽ: tunc homo est in malo statu regiminis: ⁊ efficitur bestialis. vnde Albertus super tertio de anima dicit. turpe est nobis abiicere regimen superioris: ⁊ induere regimen inferioris virtutis quod nobis cõmune est cum bestijs. Ideo scribitur tertio ethicorum in antiqua translatõe. valde conandũ ⁊ laborandũ est nobis vt virtus nostra cõcupiscibilis subiecta sit rationi. quẽadmodũ enim pueri peruersẽ viuunt si non a suis pedagogis fuerint coacti ad recte viuendum: sic appetitus sensualis ducit nos ad insolentiam: nisi regula rationis fuerit coartatus. plures autem homines sequuntur sensualitatem ꝙ rationem insudantes bonis exterioribus ⁊ delectationibus sensualibus per que impedi

NV. anda, sic habet manuscripti victoriani.

Vtale mens acta, sed cupit acta.

Virtꝰ duplex

untur in speculatione et cognitione summi boni: ideo philosophia hoc deplangens dicit in metro. heu q̃ precipiti. Item cum anima ingerit se curis rerum temporalium profunde preci cipitatur ⁊ ebet: q: a cognitione rerũ ⁊ sui creatoris destituitur: ⁊ destituta cadit in tenebras externas. i. in ignorantias exteriores. ¶ Ubi nota q̃ duplex est ignorantia. quedam naturalis que est in iuuenibus ⁊ decrepitis ⁊ vocatur ignorantia interna: q: ex naturali defectu cõtingit. alia est ignorantia q̃ causatur ex negligentia hominis: qui solicitatur circa exteriora. ⁊ talis dicitur externa: q: est extra naturam: de qua dicitur q̃ omnes homines naturaliter scire desiderant. Prima ignorantia cuz sit naturalis nõ est viciosa: q: turpes a natura nemo increpat neq̃ bonos laudat. Secunda est viciosa cuz sit per hois negligentiaz: de qua loquitur Boetius secundo huius psa. v. Ceteris animantib̃ sese ignorare natura est. hoibus vero vicio venit. Item dicit notia cura. vnde Seneca in puerbijs. Magnã partem perturbationis sibi dedit qui exterioribus se iniecit. Item ratio et intellectus dicuntur lux hois: q: illuminant hoem ad cognitionem creature ⁊ creatoris. dicũtur aũt propria lux hois: q: solus genus hoim viuit arte ⁊ ratione: et probatio methaphisice. ¶ Hic quondã celo liber aperto. Hic phia specialiter cõuertit se ad deplangendũ Boe. ⁊ primo ostendit quanta cõtemplatõne Boe. quondã viguit. secundo ostendit quomõ destitutus a tali contemplatõe solus de terrenis cogitabat ibi. Nunc iacet effecto. Primo phia cõmendat Boe. ab astronomia. secundo a naturali phia. tertio a methaphisica. scõa ibi. Quin et causas. tertia ibi. Quis voluit stabilem. Primo di. Boe. quondã liber. i. solutus a cura rerũ tpalium celo sibi aperto per cognitionẽ suetus fuit ire per rationẽ in ethereos meatus. i. in motus corporum celestium: ⁊ ipse cernebat. i. speculabatur lumina. i. radios rosei solis: visebat. i. cũ desiderio videbat: sydera id est constellatões gelide. i. frigide lune: ⁊ ipse Boe. victor ignorantie habebat oẽm stellã cõprehensam numeris. i. certis computatõibus quecũq̃ stella erratica exercet. i. operatur vagos. i. varios recursus: nunc progrediendo: nũc regrediẽdo: stella inq̃ flexa. i. mota per varios orbes. i. circulos. ¶ Nota q̃ in animo liberato a curis exterioribus cõcessum est philosophari: ideo quedam artes dicũtur liberales: q: filij eorum. i. nobilium qui erant liberati a curis temporalibus talibus artibus vacabant: ideo dicit phia q̃ Boe. quondam liber ⁊c.

z. ignorãtia

Hic quondam celo liber aperto:
Suetus in ethereos ire meatus.
Cernebat rosei lumina solis
Visebat gelidę sydera lunę
Et quecunqz vagos stella recursus
Exercet varios flexa per orbes
Comprehensaz numeris victor habebat

Rep. vtgarios.

v. innumeris. e proprietate

¶ Nota q̃ dicit celo aperto. licet homo planetas celi corporaliter nõ attingat: tamen speculatione cõprehendit. hoc pulchre tangit Dermogist̃ dicens. Magnum miraculum est hõ et animal honorandũ: hic anima intellectiua in naturam dei transit quasi ipse deus sit. hic p naturam anime diis est coniunctus: hic demonum genus nouit: terram colit. elementis cõmiscetur: acumine mentis in maris profunda descendit: celum q̃ videtur altissimum animi facilitate mentur: intentionem anim eius nulla aeris caligo confundit: nec terre densitas eius cogitationem impedit: non aque profunditas aspectum eius obtundit. ¶ Nota q̃ sol in ortu suo apparet roseus propter vapores interpositos inter visum nostrum ⁊ solem. nam album visum per fumũ apparet rubeũ. Etiã licet in meridie vapores sint interpositi: non tũ apparet tũc roseus: eo q̃ illi vapores nõ sunt grossi: sed subtiliari calore solis. ¶ Nota phia. d. lunaz esse gelidã. q̃ nõ est intelligẽdũ formaliter: q: pãe qualitates que sunt: calidũ: frigidũ: humidũ: siccũ: non habent locũ in corporibus celestibus: cum nõ recipiãt pegrinas ipressiones: sz dicitur luna gelida virtualiter vel effectiue: quia frigus et eriaz humores efficit in inferioribus propter quod noctes quibus luna preest sunt gelidiores ⁊ humidiores magis diebus.

homo q̃

Trismegisti locus

# Metrus secundū

¶ Nota ꝙ planete dicuntur habere vagos recursus: qz mouentur duplici motu. s. primi mobilis ab oriente in occidentem: ⁊ proprio motu ab occidente in orientem. vel ideo qz quādoqꝫ apparent nobis stationarij: quādoqꝫ retrogradi: quādoqꝫ propinqui: quādoqꝫ aliqualiter remoti. ¶ Nota ꝙ stella erratica dicitur flexa. i. mota p̄ varios orbes circulorū. s. deferentis ⁊ epicicli: ratione quorum circulorum nunc dicuntur progressiui: nunc retrogradi: nunc stationarij vt dictum est: ⁊ habet videri in theorica planetarū vel astronomia. ¶ Quin etiā causas. Dic cōmendat eiz et parte naturalis philosophie di. Quin etiā p̄ certo Boe. solitus fuit rimari id est inquirere causas: vnde. i. propter quas causas: sonora flamina. i. sonorosi venti: solicitent. i. pturbēt: equora. i. planicie: ponti. i. maris: quasi diceret Boetius scuit causas generationis vētorum qui cō mouēt ipsum mare. ¶ Nota ꝙ ex libro meteoorum patet ꝙ ventus generatur et vapore calido ⁊ sicco eleuato per calorem solis: q̄ perueniens ad locum nubium frigiditate nubis repercutitur ⁊ repercussus fertur in latus: ⁊ facit sonum impellendo aerem. ⁊ quia aqua faciliter est diuisibilis: de facili cedit ⁊ reuerberatur per vētos. vel aliter potest intelligi. Antiqui enim dixerunt: ꝙ ideo venti turbant mare: quia in ipso mari generantur venti qui non exeunt: sed faciunt fluxum maris. licet hec opinio non sit vera: quia mare fluit ⁊ refluit tempore determinato sicut bis in die naturali: venti autem generantur tempore indeterminato. ¶ Quis voluat stabilem. Dic philosophia commendat Boe. a methaphisica ⁊ iterato a naturali philosophia dicens. Boe. etiam solitus fuit rimari quis spiritus id est intelligentia: voluat motu diurno stabilem orbem firmamenti. vel etiam cur sydus solis vel aliud habens ortum ⁊ occasum casurum in hesperias vndas id est in aquas maris occidentalis: surgat id est iterum oriatur ab ortu: rutilo id est ab oriente splendido. q. d. Boe. solitus erat inquirere cur stelle que in occidente videntur occidere iterum resurgant in oriente. etiaz solitus erat rimari: quis temperet placidas horas veris id est temporis vernalis: vt ornet terram roseis floribus. Quis dedit id est ordinauit vt autumnus fertilis: anno pleno id est fecundo: influat id est influentiam faciat: grauidis vuis id est botris repletis. etiam erat solitus reddere id est assignare varias causas: latētis nature id est rerum naturalium. ¶ Nota omne quod mouetur ab alio mouetur: ex septimo phisicorum: ergo celum ab alio mouetur. Mouetur autem celum a duplici motore per commentatorem. xij. methaphisice. ab vno coniuncto ⁊ appropriato qui vocatur intelligentia a quo mouetur effectiue. ab alio motore separato qui est deus a quo mouetur in ratione finis. Item dicit orbem celestem esse stabilem. licet enim moueatur ⁊ mutet locum secundum partes: non tamen secundum totuz: ⁊ ꝙ tum ad hoc dicitur esse stabilis id est immobilis. Item causa quare stelle que occidunt iterum oriantur non est alia nisi motus circularis primi mobilis qui secum rapit omnes stellas tam fixas ꝙ erraticas. Item hesperus est stella que de vespere sequitur solem occidentem: a qua stella mare occidentale dicitur hespericum mare: eo ꝙ sol ⁊ hesperus ibi se mergant: non ꝙ ita sit: sed quia vulgares sic opinantur. cum enim stelle occidunt propter interpositionem maris inter visum ⁊ stellas videntur stelle mergi in mare. Item tempus vernale dicitur placidum: quia est conueniens vite hominis. Est enim tempus veris calidum ⁊ humidum in quibus consistit vita: ex libro de morte ⁊ vita. Et ideo illo tempore producuntur flores. Nam materia florum

Quin etiaz causas vnde sonora
Flamina solicitant equora ponthi.
Quis voluat stabilem spiritus orbem
Vel cur hesperias sydus in vndas
Casurum rutilo surgat ab ortu?
Quis veris placidas temperet horas:
Vt terras roseis floribus ornet?
Quis dedit vt pleno fertilis anno
Autumnus grauidis influat vuis
Rimari solitus: atqz latentis

aqueum est humidum subtile bene coctum a calido aereo. qꝛ igitur in vere dñatur calidum aereum ⁊ humidum aqueum subtile qđ parua indiget digestione: ideo in vere cuius calor tẽperatus est flores producuntur. Item vitis multum abundat de humido aqueo et grosso. cuius signum est: qꝛ tempore putationis distillat ab eis quasi humidũ lachrymabile. tale autez humidum grossum multum resistit digestioni: ideo vue ad maturitatem tarde proueniũt. s. tempore autumni. Item Boe. cõsueuit reddere cãs latentes rerũ naturalium qđ fuit indiciũ felicitatis. Nã ſm Virgilium. Felix q̃ potuit reruz cognoscere causas. ¶ Nunc iacet effeto. Hic ostendit philosophia quomõ Boe: destitutus predicta speculatiõe: de terrenis cogitabat dicens. Nunc id est ꝓ tempore doloris: Boe. iacet id est ꝓstratus est: effeto. i. euacuato: lumine. i. speculatione mẽtis: ⁊ ipse pressus colla. i. ſm colla grauidis cathenis passionum que mentez grauãt: gerensq̃ declinum vultu. i. inclinatum põdere amissionis rerum tꝑaliuz: heu cogitur cernere stolidaz terrã. i. bona terrena: que hoĩes stolidos efficiunt. ¶ Nota cathena est ferreum instrumentum quo aliquid contra suam naturam detinetur. Quatuor autem affectus qui sunt: gaudium: spes: timor: dolor: similitudinarie dicuntur cathene: qꝛ animum hominis detinent ⁊ contra suam naturam et rationez ad illicita trahunt. nam ratio semper deprecatur ad optima: ex primo ethicorum. Et propterea Boe. in fine huius primi hortatur fugam passionum ibi. tu quoq̃ si vis. ¶ Item nota non est estimãdum ꝙ Boe. sic esset ita euacuatus lumine mentis sicut littera sonat: qꝛ alias fuisset insufficiens pro compositione huius libri: sed phĩa loquitur hoc compassiue. Ille eĩm est merus stultus qui inclinat se ad terrena diligendo ipsa et nõ eleuando intellectũ suuz ad speculabilia: qualis non fuit Boe. vñ dicit. Augu. Tales sunt hoĩes qualia sunt ea que diligũt: qꝛ dilectõ trãsmutat diligentem in similitudinẽ rei quã diligit. hec Marquardus.

Nature varias reddere causas.
Nunc iacet effeto lumine mentis.
Et pressus grauibus colla cathenis:
Decliuemq̃ gerens pondere vultum.
Cogitur heu stolidam cernere terram.

## Prosa secunda primi libri.

Sed medicĩe inquit ~~potius~~ tẽpus est q̃ querele. B. Tum vero totis i me intenta luminib⁹. P. Tu es ne ille

## Prosa secunda primi libri.

Sed medicine inquit potius. Hic incipit secunda prosa huius primi in qua phĩa inuestigat morbum Boe. ex quibusdã signis. secundo consolatur ipsum ne desperet secunda ibi. Cumq̃ me non. Primo dicit philosophia. O Boe. ego possem multa conqueri de perturbatõe mentis tue: sed nunc potius medicine tempus est q̃ querele. vero ꝓ sed. tum. i. tunc: mulier illa intenta in me totis luminibus. i. oculis ait. es tu ne ille qui quondam tempore iuuentutis nutritus: nostro lacte. i. facilibus documentis: in etate aũt perfecta educatus. i. nutritus nostris alimẽtis. i. doctrinis difficilioribus: tu euaseras. i. perueneras in robur. i. in fortitudinẽ virilis animi. atqui pro certo nos contuleramus tibi arma talia. i. documenta: que nisi prius abiecisses per obliuionez: ipsa tuerentur te inuicta firmitate. dicit philosophia. agnoscis ne me. quid taces. filuisti ne pudore. i. verecundia: an stupore id est mẽtis alienatione: ego mallem id est magis vellem te filuisse pudore: sed vt ego video stupor oppressit te. ¶ Nota ꝙ philosophia in deplangendo Boetiuz non facit longam moraz: ne Boetius desperet super infirmitate sua: ergo dicit philosophia magis esse tempus medicĩe q̃ q̃rele Item boni medici est totis oculis diligẽter respicere faciẽ infirmi: eo q̃ in facie magꝭ appa

rent signa prenosticationis infirmitatis: ideo philosophia dicitur esse intuita Boetium totis luminibus. Item per arma philosophie intelliguntur precepta philosophicalia: que persuadent minime extolli in prosperis nec deprimi in aduersis. hortatur enim nos philosophia ad magnanimitatem. magnanimus autem est qui cōtra difformes insultus fortune vnanimi mētis constantia militat. De his ⁊ similibus preceptis philosophicis Boe. oblitus fuit propter dolorē. ¶ Nota taciturnitas quādoq; prouenit ex pudore: quandoq; ex stupore. quandoq; enim manifestatur alicui aliquid quod vellet celari: ipse efficitur verecūdus ⁊ oculi eius deprimuntur: facies eius rubet ⁊ auertitur: ⁊ lingua eius in loquendo ligatur. ¶ Nota q̄ stupor vno modo est abundans admiratio mentis: vt ibi. papa stupor mundi. Alio modo est mentis alienatō: ⁊ sic accipitur in proposito: ⁊ inducit taciturnitatem. ex quo enim motus lingue est secūdum conformitatem ad fantasiā turbatur fantasia: sicut contingit in alienatione mentis prepeditur lingua in loquendo: ergo dicit philosophia pudore an stupore siluisti. ⁊ quia taciturnitas proueniēs ex stupore deterior est q̄ que causatur ex pudore: cum ipsa causetur ex aliquo defectu interiori: ideo dicit philosophia mallez pudore siluisses: ¶ Nota secundum Huguitionem pudor est corporis: sed pudicitia est mentis. Est autem pudor verecundia ex aliquo casu innata: non auferens memoriā: sed impediens linguam. Stupor autem est casus memoriam auferens ⁊ linguam impediens. ⁊ peius est tacere stupore q̄ pudore: quia melius est memoriam retinendo non loqui: q̄ loqui ⁊ memoria carere. ¶ Nota philosophia dicit Boetium habuisse nutritum suo lacte. per nutrimentuz lactis intelligitur triuium: scilicet grāmatica: logica: ⁊ rhethorica: quibus iuuenes sunt seriatiz informandi tā q̄ facilibus documentis: sicut puer lacte nutrimēto molli ⁊ facilis digestionis nutritur. Sz per hoc quod dicit virilis animi robur euaseras: scilicet ad scientiam mathematicaz ⁊c. qua tanq̄ per scientiam magis subtilem homo perfecte etatis efficitur. ¶ Nota philosophia contulit Boetio arma non corporalia sed spiritualia: sicut sunt virtutes intellectuales: quas enumerat Aristoteles. vi. ethicorum. ⁊ sunt illa intellectus: sapientia: scia: ars ⁊ prudentia. Et similiter virtutes cardinales que sunt quattuor: scilicet prudentia: iusticia: temperantia ⁊ fortitudo. Et dicuntur cardinales: q: quandam principalitatez sibi vendicant. s. materiā circa quā habent fieri. Illa eniz arma abiecit Boe. quando temporalibus adhesit appetitui sensitiuo annuens: ⁊ ab attentione celestium sequestratus. Et de istis armis dicit apostolus. Abiicite ergo opera tenebraruz: ⁊ induimini arma lucis: sic vt in die honeste ambulemus. ¶ Cūq; nō modo tacitum. Hic philosophia consolatur Boe. ne desperet dicens. Cum philosophia vidisset me: non modo id est nō tantū tacitū: sed prorsus id est totaliter elinguē: q̄ pro ⁊ mutū: ipsa admouit id est opposuit pectori meo leuiter manū: ⁊ inquit id est dixit: nihil periculi est circa hūc hoīem: ipse patitur letargū id est morbū obliuionis: morbum inq̄ cōmunem: mentiū illusarū id est deceptaruz: ⁊ ipse paulisper id est modicū est oblitus sui: sed facile sui recordabitur: siquidez pro certo cognouerit nos philosophiā: ante id est prius: quod vt ipse possit facere: tergamus lumina id est oculos eius: caligantia nube id est obscuritate: rerum mortaliū id est temporalium. hec dixit philosophia: ⁊ veste sua id est contracta conuoluta in rugam sic cauit oculos meos fletibus inundātes id est humectātes: ¶ Nota q̄ tacitus est ille qui nō loq̄tur: lz habeat ptātem lingue ad loquēdū. sz elinguis vl' mutus d'r ille q̄ nō solū nō loq̄tur:

ait: qui nostro quōdaz lacte nutritus: nostris educatus alimētis in virilis animi robur euaseras: Atqui talia cōtuleram⁹ arma: que nisi prius abiecisses: inuicta te firmitate tuerētur. Agnoscis ne me? Quid taces? Pudore an stupore siluisti? Mallem pudore: sed te vt video stupor oppressit. Boeti. Cūqz non modo tacitum: sed elinguem prorsus me mutumqz vidisset:

sed non habet potestatem lingue ad loquendum: et talis fuit Boetius propter stuporem id ē mentis alienationem. ¶ Nota ꝙ philosophia innuens se esse bonā medicam cōsolatur Boetium dicens. nihil periculi est in homine isto: quia secundum Senecam in libro de clementia ad Neronem. Mali medici est desperare ne curetur eger. ¶ Nota ꝙ letargia est infirmitas causata ex oppressione cerebri cuꝫ obliuione ⁊ iungitur continuo somno: ⁊ sic letargus ē morbus inducens obliuionem et somnuꝫ. Inde litargicus et est homo qui patitur talem morbum: ⁊ dicitur a letes quod interpretat̄ obliuio. Etiam letes est fluuius infernalis. Boetius ergo patiebatur letargum id est morbum obliuionis: quia si precepta philosophie in memoria habuisset: nunq̄ de amissione rerum temporalium doluisset. Item dicit letargum esse morbum illusaruꝫ mentium: quia mens illusa est vbi ratio est ligata propter defectum fantasie: sicut in freneticis. vel propter defectuꝫ memorie sicut in letargicis. ¶ Notanduꝫ homo componitur ex anima īmortali ⁊ corpore mortali. Sꝫ qꝛ Boetius oblitus fuit bonorum aīme: ideo dicitur fuisse sui oblitus non totaliter sed paulisper: qꝛ adhuc curam habuit de bonis terrenis que respicunt corpus. Item homo per phīam habet suiipsius perfectam cognitionem. Ad cognoscendum autem illud qd̄ per philosophiam cognoscitur: oportet primo philosophiā cognoscere: ideo dicit philosophia recordabitur sui facile si nos prius cognouerit. Item per vestes philosophie in rugam contractas intelliguntur precepta philosophicalia in vnum volumen congregata: sicut in illo libro quibus ipsa philosophia Boetium consolatur. ¶ Nota ꝙ ad medicum infirmum curare volentez plures requiruntur conditiones. Primo vt qualitates et cōditiones respiciat: et vt humores nocentes cognoscat. Secundo ad loquendum euꝫ moueat. Tertio si pre valida egritudine obmutescat vt manum corpori infirmi adhibeat. Quarto vt eum verbis cōsolatoriis reficiat. sic philosophia videns dolores Boetij. primo eum inspexit. secundo ad loquendum mouit. tertio manum suam corpori apposuit. et quarto verbis consolatoriis reficit.

admouit pectori meo leuiter manum. Philosophia. Et nihil inquit periculi est letargum patitur: communem illusarum mentium morbum. Sui paulisper oblit⁹ est. Recordabitur facile sui: siquidez nos ante cognouerit. Quod vt possit agnoscere paulisper lumina eius mortaliū rerum nube caligantia tergamus. Boeti⁹ hęc dixit. Oculosqꝫ meos fletibus mundantes contracta in rugaꝫ veste siccauit.

## Metrum tertium primi libri.

Tunc me discussa liq̄rūt nocte tēbrę.
Luminibusqꝫ prior rediit vigor.
Ut cū pręcipiti glomerant̄ sydera choro

### Metrum tertium primi libri.

Tunc me discussa. Hic incipit tertium metrum huius primi libri cuius prim⁹ versus vocatur metrum dactilicum exametrum. secundus dicitur metrum alemanicum ab inuentore. tetrametrum a numero pedum. dactilicuꝫ a pede predominante. ⁊ cathalecticum: qꝛ nulla syllaba abundat nec deficit. In hoc metro Boetius declarat per quoddaꝫ simile quomodo remotis impedimentis vigorem cognitionis recuperauit. ⁊ est talis similitudo. Sicut choro flāte nubes generant̄: et ꝑ interpositionē nubiuꝫ sol et alia astra nobis occultant̄: sic aduersitate iminente hō afficit̄ diuersis passionib⁹ obscurātib⁹ intellectū. ⁊ sicut au

stro flante nubes dissoluuntur ⁊ radij solares reuertuntur: sic aduersitate aduenientе consolatōne philosophica passiones sedantur ⁊ intellectus illuminatur. Dicit ergo in littera. Tūc cum philosophia tersit oculos meos tenebre liquerunt me discussa nocte id est obscuritate. ⁊ prior vigor cognitionis redijt luminibus meis id est oculis: vt pro sicut: sol latet id est occultatur: cum id est quando: sydera id est stelle: glomerātur id est inuuolutur: precipiti choro id est tali vento: ⁊ polus id est celuz stetit id ē stare videtur: nimbōsis imbribus id ē pluuijs nubilosis: ac pro etiā: nox id est obscuritas: funditur ōsuper id est de nubib⁹ in terram: nondum id est non adhuc: astris id est stellis: venientib⁹ i. apparentibus in celo. Si boreas emissus a traitio antro. i. traitie regionis: verberet id est depellat: hanc noctem id est obscuritatem ⁊ reseret clausum diem: tunc phebus id est sol: emicat id est lucet: ⁊ vibratus id est fortificatus lumīe suo: ferit id est percutit oculos hominuz: mirantes subito lumine solis post tenebras.

Nimbosisqz polus stetit imbribus:
Sol latet ac nōdū cęlo veniētibus astris.
Desuper in terram nox funditur.
Hanc si traitio boreas emissus ab antro
Verberet: et clausum reseret diem
Emicat: subito vibratus lumie phębus.
Mirantes oculos radijs ferit.

## Prosa tertia primi libri.

Haud aliter tristicię nebulis dissolutis hausi cęluz: et ad cognoscendā

¶ Nota philosophia trahit homines ab obscuritate ignorantie ad lucem sapientie: ex libro de pomo Aristotelis: ⁊ etiam per metristam. Ars hominem firmat: nec sinit esse maluz. Et ergo cuz philosophia siccasset oculos Boetij fugatis tenebris ignorantie redijt vigor intelligētie. ¶ Nota quattuor sunt venti principales qui flant a quattuor partibus mundi: scilicz ab oriente: occidente: septentrione: ⁊ meridie: quoruz quilibet habet duos collaterales: ⁊ sic sunt duodeciz: venti qui his versibus cōtinētur. Flant subsolanus vulturnus ⁊ eurus ab ortu. Atqz die medio nothus heret: affricus austro. Circinus occasum çephirusqz fauoneus afflant. Sed veniunt aquilo boreas ⁊ chorus ab arcto. Chorus ergo est ventus quo flante generantur nubes ⁊ cōglomerantur sydera: sic ꝙ per nubes occultantur. ¶ Nota ꝙ polus est stella que semper in eodem loco videtur: sed hic polus ponitur pro firmamento tanq̄ pars pro toto per sinodochem. ¶ Nota ꝙ polus id est celum dicitur stare quando est obductum nymbosis imbribus: non ꝙ stet: sed quia motus eius tunc nobis non apparet. motum enim celi nō percipimus nisi per motum alicuius stelle. cum autem celum est coopertum obscuris nubibus nulla stella videri potest. ¶ Nota secundum Huguitionem nymbus est nubium densitas ex intempestate orta. ⁊ sic dicit Boeti. hic nymbosis imbribus id est densis pluuijs. ⁊ est ratio: quia tenuis imber non impedit aspectum astrorum. ¶ Nota ꝙ boreas dicitur stare ab antro traitio: quia forte regio traicie est cauernosa: de cuius cauernis exit ventus generatus ex vaporibus siccis in terra. ¶ Nota postq̄ philosophia tersit oculos Boetij ⁊ eosdem a fletu lachrymarum compescuit: restitutus fuit pristino vigori. vnde oculi ipsius Boetij vt ratō ⁊ intellectus obfuscati erant tenebris ignorantie: cum istis temporalibus adhesit: propter amissionem rerum tēporalium diuersis fuit subiectus passionibus. Sed philosophia oculorum caliginez abiecit: cum ipsius intellectum illuminauit tenebras ignorantie fugando: a lumine spirituali vt sciētia illuminando.

Prosa tertia primi libri.

Haud aliter tristicie nebulis. Hic incipit tertia prosa primi libri in qua Boetius ostēdit quomodo philosophiam cognouerit. Et diuiditur: quia primo ostendit quo

modo philosophiam cognouit: ⁊ qualiter de presentia eius ãmirari cepit: et quomodo philosophia sibi respõdit. secundo probat philosophia persecutionem sapientuꝫ a vulgaribus non esse nouam. secunda ibi. Nonne apud veteres. dicit primo. Haud pro nõ: aliter nebulis tristicie mee dissolutis id est fugatis per consolationem philosophie: quoniaꝫ sicut nubes dissoluuntur per flatum boree: sic ego Boe. hausi id est respexi: celum id est furium: ⁊ recepi mentem id est vigorem rationis: ad cognoscendam faciem medicantis id est medici. Itaq; pro ego: vbi id est postq̃: ego reduxi id est conuerti oculos: q̃ pro ⁊: defixi id est stabiliui intuitum in eam respexi nutricem meam philosophiaꝫ: in cuius salubris id ẽ scholis fuerã obuersatus: ab adolescentia id ẽ a iuuentute mea: ⁊ inq̃ id ẽ dixi. O magistra omnium virtutum: quid id ẽ propter quid tu venisti: lapsa id ẽ progressa: superno cardine. i. de celesti porta: i has solitudines id est loca deserta: nñ exilij id est nostre relegationis: an id ẽ nunquid ꝓpter hoc venisti: vt existens rea id est tanq̃ culpabilis: mecum agiteris id est manifestetis falsis criminationibus. Illa philosophia inquit id est dixit. O alumne id est per me nutrite: an id est vtrum te desererez: quasi diceret nõ: nec partirer. i. diuiderez tecum: cõicato laboze. i. diuiso laboze: sarcinaꝫ. i. pondus quam tu sustulisti ob inuidiam: mei nominis. i. ratione sapientie: atqui pro certe: non erat phas id est honestum: phie relinquere iter innocentis incomitatum id est sine comite. supple si ego te deseruissem: ego vererer. i. timerem: meam criminationem. i. meam damnationem ⁊ valde pbozescerem quasi aliquid nouum acciderit supple circa te: enim pro q: nũ. i. nunquid: tu censes. i. iudicas: primum ipam sapientiam esse lacessitam. i. manifestam periculis. i. perturbationibus apud ipsos mores. i. male moziginatos boies. q. d. hoc non est nouũ. ¶ Nota phia dicitur medica. sicut cũ medicus morbo fugato sanitatem inducit: sic phia ignoãtia relegata vitam vtriusq; seculi condonat. nam habetur in libro de pomo Aristotelis. Qui philosophiã inuenerit vitã in vtroq; seculo inuenit. ⁊ alibi. Qui me inuenerit vitam inueniet: ⁊ hauriet salutem a dño. ⁊ ideo dicit Boe. faciem medicantis. ¶ Notandũ q̃ Boe. nõ solum deduxit oculos in phiam: sed defixit in eam intuitũ: per qõ innuitur q̃ qui vult philosophari oportet se totum tradere philosophie per continuum studium ⁊ laborem. Nam sicut vna vrundo aduenjens non facit ver: nec vna dies calida facit estatez: sic nec vna speculatio philosophica facit philosophum. ¶ Nota q̃ tempus opoztunum ad philosophandum est tempus adolescentie. quod innuens Boetius dicit. cuius laribus ab adolescentia fueram obuersatus. Nam etas hominis assimilatur cere: que si nimis est molis vel dura nimis formaꝫ sigilli non recipit nec retinet. si autem est temperate mollis vel dura figuram recipit vel retinet: sic etas nimis tenera: sicut infantia non recipit doctrinam philosophicam: nec etas nimium

medicantis faciem mentez recepi. Itaq; vbi in eam deduxi oculos intuitumq; defixi: respicio nutricem meam: in cuius ab adolescentia laribꝰ obuersatus fuerã philosophiam. Et quid inquã tu in has exilii nostri solitudines. O omniũ magistra virtutuꝫ a superno cardine delapsa venisti. An vt tu quoq; mecum rea falsis criminationibus agiteris. Philosophia. Ut inquit te a lumine desererem: nec sarcinã quam mei nominis ex liuore sustulisti: cõmunicato tecum laboze partirer. Ut qui philosophie phas non erat incomitatum relinquere iter innocentis: meam si criminationem vererer: et quasi nouum aliquid acciderit perhozrescerem.

Nil. an.
Nilla.
v. alumni.
Inuidia.
v. filia.
Hæc alibi sunt explicanda.

dura sicut decrepitus: sed etas temperata qualis est adolescentia que faciliter intelligit: ⁊ intellecta memorie commendat. ¶ Nota per lares philosophie intelliguntur diuerse secte philosophorum: sicut Aristotelis Platonis: quibus Boetius ab adolescentia fuit obuersatus. ⁊ dicit Huguitio ꝙ obuersari idem est qđ conuersari. ¶ Notandum ꝙ philosophia dicitur magistra omnium virtutum: quia omnes virtutes morales docet: vt patet ex ethicis. et dico morales propter virtutes theologicas: que sūt: fides: spes: et charitas. ⁊ dicitur philosophia delapsa a superno cardine: q: omnis sapiētia a domino deo est. nā sicut scribitur in prologo libri de regimine principuz. Deus est qui diuitias sue sapientie influit animabus id est studentibus tribuit gratiam cognoscendi cui nihil est difficile: ⁊ sine quo nihil est possibile possideri. ¶ Nota vt poste a patebit ꝙ Boetius false criminabatur de litteris compositis: ⁊ de impedimento delatoris. ⁊ illđ quod faciebat sapientia dicebat facere arte magica: ideo dicit ad philosophiam. Nunquid venisti vt tu mecum rea falsis criminationibus agiteris. ¶ Nota philosophia tangit tres rationes: propt quas nō debuit dereliquere Boetium. Prima quia nutrix non debet derelinquere suum alumnum. secunda qui patitur propter alium non decet vt deseratur ab illo. tertia quia non decet philosophiam derelinquere innocentem. Boetius autem fuit alumnus philosophie: ipse patiebatur iniurias propter philosophiam et fuit innocens: ergo ⁊c. ¶ Nota secundum Huguitionem: lacesso id est cum desiderio lacero vel vexo vel iniurijs affligo. ¶ Nōne apud veteres quoqꝫ. Hic philosophia ꝓbat persecutionon sapientum a vulgaribus non esse nouam: et hoc primo probat exemplis antiquis. secundo magis modernis. tertio ostendit quid sit faciendum contra insultus vulgariuz. secunda ibi. Quod si nec. tertia ibi. Qui si quando contra. primo dicit. Bene dixi ꝙ persecutio sapientum a vulgaribus et a malis non est noua. nonne apud veteres ante etatez nostri Platonis nos philosophia sepe certauimus magnum certamen: cum temeritate stulticie id est cum stultis ⁊ temerarijs hominibus. eodemqꝫ Platone viuente magister eius Socrates iniuste promeruit victoriam mortis me sibi astante: cuius Socratis hereditatem id est scientie hereditarie relictam suis discipulis cum epicureum vulgus ⁊ stoicum ⁊ ceteri: molirentur id est laborarent: ire raptum id est rapere vnusquisqꝫ pro sua parte: ⁊ cuz ipsi traherēt me philosophiam in partem prede me reclamantem id est contradicentem: qꝫ pro ⁊ renitentem: ipsi disciderunt vestem meam quam texueraz meis manibus: ⁊ ablatis panniculis abierunt credentes me totam sibi cessisse. et quia in istis apparuerunt quedam vestigia nostri habitus id est prudentie: imprudentia vulgarium rata id est opinata: ipsos meos esse familiares id est meos discipulos ratione sapientie: peruertit nonnullos eorum id est aliquos: errore id est persecutione: prophane multitudinis id est indocti vulgi: sicut vulgares solent peruertere doctos. ¶ Nota ꝙ ante tempus Platonis multi sapientes persecuti fuerūt a vulgaribus: ⁊

Nū enim primū censes apud improbos mores lacessitaz periculis esse sapientiā. Nonne apud veteres quoqꝫ ante nostri Platonis etatem magnuz sepe certamē cum stulticie temeritate certauimus. Eodemqꝫ superstite preceptor eius Socrates iniuste victoriā mortis me astante ꝓmeruit. Cuius hereditatem cū deinceps epicureuz vulgus ac stoicū ceterisqꝫ pro sua quisqꝫ parte raptum ire molirentur: meqꝫ reclamātē renitentēqꝫ velut in partez prede traherēt: vestē quā meis texueram manib⁹ disciderunt: arreptisqꝫ ab ea

tempore Platonis Socrates magister eius interiit propter suam sapientiam. Nam ipse cognouit sua sapientia esse vnum deum: alios autem colentes plures deos redarguit. quod percipiens dux athenienssium nomine Anetus coegit ipsum bibere venenum in nomine vnius dei ⁊ nihil sibi nocuit. Postea coegit ipsum bibere venenū in nomine pluriū deorum ⁊ interiit ¶ Nota mortuo Socrate discipuli sui qui scientiam Socratis tanq̃ hereditariam sibi vendicabant inceperūt dissentire in quo magister eorū Socrates posuisset summum bonum. quidam enim suorum discipulorū dicti epicuri dicebant ipsum posuisse summum bonū in voluptatibus. Alij sicut stoici dicebant q̃ in virtutibus: ⁊ quilibet eorum pro defensione sue opinionis rapuerunt auctoritatē phie ipas errore exponendo. propter quod phia dicit illud reclamasse: ⁊ sic male exponēdo sciderunt vestes phie ⁊ particulas abstulerunt. ⁊ q̃uis non essent veri philosophi: q̃ tamen videbantur esse: multi eorum a vulgarib⁹ occisi sūt. ¶ Ob nec Anaxagore fugam. Dic phia probat psecutōēz sapientū exemplis magis modernis dicens. O Boeti si non nouisti fugam Anaxagore: nec venenū Socratis: nec tormēta ẕenonis quoniam ista sunt peregrina id est extranea ⁊ aliena: tamē tu potuisti scire canios i. persecutionem canij: ac Senecas ac sozaneos. i. sequaces Sozani: quorum memoria nō est peruetusta. i. valde antiqua: nec incelebris id est nō sine gloria: quos viros nihil aliud detraxit in cladem. i. mortem nisi q̃ instituti. i. informati nostris moribus ipsi videbantur dissimilimi studijs improborum. Itaq̃ nihil est. i. nō est causa q̃ tu admirere. i. debeas admirari: si in hoc salo vite id est amaritudine nos sapientes agitemur id est veremur procellis id est aduersitatibus malorum circumstantibus: quibus nobis sapientibus maxime propositum est id est intentio displicere pessimis: quorum malorum si sit numerosus exercitus: tamen est spernendus: quia nullo duce supple rationis regitur: sed tantum rapitur errore limphante id est precipitante eos admodum limphe: temere id est stulte: ac passim id est vbiq̃. ¶ Nota q̃ Anaxagoras stulticiam hominum solem pro deo colentium reprehendit dicens solem non esse deum: sed lampadam ardentem: propter quod reus iudicatus est ⁊ in fugam compulsus: ergo dicit philosophia Anaxagore fugam. ¶ Nota dicit Socratis venenum de quo dictum est supra: de quo veneno interiit. Similiter ẕeno multa tormenta ratione sue sapientie sustinuit. ¶ Nota q̃ Sanius: Seneca: Sozanus fuerunt nobiles romani: ⁊ moribus philosophie instructi: propter quod interierunt. Unde Canij dicebantur imitatores a magistro suo Canio. Similiter Sozanij dicuntur a Sozano qui fuit poeta: ⁊ eius sequaces ab eo denominātur. ¶ Nota de seneca dicit Boeti. in disciplina scholarium q̃ Nero familiarem suum precepto: remq̃ Senecam ad eligende mortis arbitrium coegit. ¶ Nota q̃ sapiētes dissimiles studijs sunt improborum: quia dicit Seneca in libro de amicitia, dispares mores disparia sequuntur studia: quo⁹ dissimilitudo dissoluit amicitiā. nec vn q̃ ipsobi ꝓbis: nec ꝓbi ipsobis amici esse ꝓnt nō ob aliā causaz nisi q̃ tāta est inter ipsos distātia; quāta pōt esse studio⁹ malorūq̃

*V. abire.

*Imprud.

*quos.

panniculis: totā me sibi cessisse credentes abire. In quibus quoniam quedā nostri habitus vestigia videbantur meos esse familiares: in prudentia rata nonnullos eorū prophane multitudinis errore peruertit. Quod si nec anaxagore fugaz: nec socratis venenum: nec zenonis tormenta quoniā sunt peregrina nouisti: ac canios atqz senecas: ac sozaneos: quorūz nec peruetusta: nec incelebris memoria est scire potuisti. Quod nihil aliud in cladem detraxit: nisi q̃ nostris moribⁿ instituti studijs improborum dissimilimi videbātur

morum distantia. ¶ Nota q̄ propositum sapientum est displicere pessimis: quia dicit Seneca in de remedijs fortuitorum. Malis displicere laudabile est. et alibi. virtus sese diligit aspnaturq; malum. ⁊ poeta. Opto placere bonis: prauis odiosus haberi. ¶ Nota dicit exercitū malorum esse innumerosum: quia secundum Salomonem stultorum infinitus est numerus: ⁊ peruersi difficulter corriguntur. ¶ Nota q̄ mali nō reguntur duce rationis: quia ratio deprecatur ad optima: mali autem operantur pessima. Ducuntur eiz errore sensualitatis vitam bestialem prosequentes: de quibus dicitur in libro ethicorum. Quidam sunt homines vitam pecuduz eligentes similes Sardanapalo. et ergo dicit philosophia q̄ tales n̄ sunt timendi: quia ex quo non reguntur per rationem: tunc eoruz fatuitas faciliter dissipatur.

Itaqz nihil est quod ammireris si in hoc vite solo circūflantibus agitemur procellis: quibus hoc maxime propositu ē pessimis displicere. Quoruz quidem tametsi innumerosus exercitus spernendus tamen est: quoniam nullo duce regitur: sed errore tantum temere ac passim limphante raptatur. Qui siquando cōtra nos aciem struēs valentior incubuerit: nostra q̄dem dux copias suas in arcez contrahit. Illi vero circa diripiendas inutiles sarcinullas occupantur. At nos desuper irridemus: vilissima rerum queqz rapiētes securi totius furiosi tumult⁹: eoqz vallo muniti: quo grassanti stulticie aspirare phas non sit.

¶ Qui siquando contra nos. Hic philosophia ostendit quid sit faciendum contra insultus malorum dicens. Si exercitus maloꝝ incubuerit id est instituerit: struēs id est faciens: aciem id est bellum contra nos sapientes: quidem ꝓcerto: nostra dux id est ratio: contrahit id est colligit: copias. i. sciētias ⁊ virtutes copiosas: in arcē id est in altitudinem speculatōis celestium: vero pro sed illi mali occupantur circa diripiendas id ē auferendas: inutiles sarcinulas id ē diuitias corporales que sarcina ⁊ pōdus corporis sunt inutile animam submergentes: at nos sapientes in contemplatione celestium constituti irridem⁹ malos rapientes queqz vilissima rerum: nos securi existentes totius furiosi tumultus id ē cōtra furiosum tumultuz malorum: quia nos sumus muniti eo vallo id est munimine quo non sit fas aspirare id ē accedere: stulticie grassanti id est impugnanti nos. ¶ Notandum Boe. hic nostram rationem appellat ducem. vnde ratio diffinitur sic. Est habitus dirigens oēm actionem humanam in vltimum et optimum finem. Item nota per arcem ipse intelligit altitudinem speculationis celestium: ⁊ ad hanc ducit nos ratio: et hoc est vltimum bonum humane vite qd̄ nullus auferre potest. ¶ Nota copie in hoc loco dicuntur appetitus sensitiui. ⁊ dicuntur copie quasi cupie: qꝛ cupiunt res aliquando contra rationem. et tales copias dz regere ratio. ⁊ dz se munire vallo humilitatis et patientie: ⁊ tūc omnes impugnationes aduersitates et miserias eq̄nimiter sustinebit: ⁊ temptationes et delectationes noxias quas suggerit diabolus ⁊ caro ipellit ⁊ mundus cōmouet non timebit. hec Marquardus. Item nota ille merito est deridēdus qui maiori ⁊ meliori bono dimisso eligit et occupatur circa bona valiora: sed sapientes eligunt bona anime que sunt maxime bona primo ethicorum: et vulgares eligunt bona temporalia que dicuntur vilissima rerum: quia impediunt hominem in cognitione summi boni. ¶ Notandum arx arcis est altum edificium in quo hostes pugnant. hic autem accipitur pro contēplatione celestiū ⁊ spe futurorū bonorum. nam per hec duo sapientes oēm aduersitatē

malorum superāt: ⁊ circa contemplationē diuinorum tota intentio sapientis versatur. vnde Boetius in tractatu de summo bono di. Philosophia maxime delectatur in primo principio ⁊ in contemplatione summe bonitatis: ⁊ hec enim est vita philosophorum sine qua nemo viuit vita recta. ¶ Nota de hoc nomine valluz di. Grecista. Est vallus palus circa castrū preacutus. Nexio palorum: sed murus sit tibi vallum. ¶ Nota aspirare secundum Duguitionē est anhelare conari vel deuenire. Item secundum euz grassor grassaris p. g. est inuadere vel crudeliter impugnare.

## Metrum quartum primi libri.

Quisquis composito serenus euo:
Fatuz sub pedibus egit superbū:
Fortunamqz tuēs vtrāqz rectus:
Inuictum potuit tenere vultum:
Non illum rabies mineqz ponti:
Versuz funditus agitantis estum:
Nec ruptis quotiens vagus caminis:
Torquet fumificos vesceuus ignes.
Haud celsas soliti ferire turres:
Ardentis via fulminis mouebit:

Metrum quartū primi libri:

Quisquis cōposito serenus euo. Dic icipit quartum metrum huius primi quod vocatur metrum valenticuz ab inuētore: ⁊ constat ex spōdeo dactilo ⁊ tribus trocheis. vñ potest dici metrum trocheicum a pede predominātē. In hoc metro philosophia ostendit qualiter homo debeat se habere: vt persecutiones improborum non preualeant contra ipsum. ⁊ hoc primo declarat quibusdam similibus. secūdo exclamat contra timentes tyrannos. secunda ibi. Quid tantū miseri. dicit primo. Quicūqz homo serenus. i. clarus virtute: composito euo id est ordinata vita: egit id est calcauit sub pedibus: superbum fatum id est euentum rerum temporalium: ⁊ quicunqz tuens id est respiciens: vtramqz fortunaz id est prosperam ⁊ aduersam: rectus id est non flexus: potuit tenere vultum id est animum inuictum ita ꝙ non vincatur prosperitate se extollendo nec aduersitate deprimendo: illuz hominē non mouebit id est turbabit: rabies ponti id est inundatio maris exagitātis id est mouentis: funditus. i. a fundo estum: versum id est ebulitionem versam: qz in ebulitione maris aqua vertitur per fluxum ⁊ refluxum. q. d. Impetus maris faciens ebulitōnē non nocebit illi homini qui non extollitur in prosperis nec deprimitur in aduersis: nec tali homini nocebit ignis vesceui montis: quotiens ille mōs torquet id est emittet ignes fumificos ruptis caminis id est cauernis suis. q. d. nec tali homini nocebit vagus vesceuus suis ignib⁹: nec illum hominem mouebit via ardentis fulminis: soliti id est consueti: ferire celsas turres: ¶ Nota phia tangit tria que non nocent homini qui constans est in vtraqz fortuna. Primuz est rabies maris per quam designantur luxuriosi. sicut enim mare sole ⁊ motu suo incalescit ⁊ fetet: sic luxuriosi concupiscentia sua inardescunt: ⁊ peracta libidine fetēt. De quibus dicit scriptura. Perierunt iumenta in stercore suo. tales luxuriosi non nocebunt homini constanti in vtraqz fortuna. Secundum qd tangit est ignis vesceui montis: per quem designantur auari ⁊ inuidi. sicut enim ignis vesceui montis semper ardet: ita auari ardent in cōcupiscentia bonorum exteriorum. ⁊ sicut ignis eructuans quandoqz consumit loca vicina: sic inuidi quandoqz nocent verbis si non possunt factis. ⁊ tales inuidi non nocebunt homini constanti. Tertium quod tangit est ictus fulminis: per quem intelliguntur superbi. sicut enim fulmen generatur in alto: sic superbi alte se extollunt. ⁊ mirabile videtur de superbis: ꝙ cum alijs hominibus hitare nolunt: ⁊ tñ ad celuz volare nō possunt. tales superbi nō nocebūt hoī cōstāti. Alij ꝑ rabiē maris intelligūt inuidos: ꝑ ignē iratos: ꝑ fulmē supbos: vt dictū est. Alij ꝑ mare qd ē sonorosuz itelligūt auariciā: ꝑ ignē penā corpis: ꝑ fulmē rer̄ ablatōem. ¶ Nota vesceu⁹ est

mons ytalie intrinsecus ardens: qui quandoq; ruptis cauernis emittit ignem qui loca vicia cõsumit. ¶ Nota circa hoc q̃ dicit serenus cuo. Seneca dicit. Talis est animus sapientis q̃ lis est mundus superluminat⁹. talis aũt mundus semper est serenus: ⁊ sic animus sapientis in vtraq; fortuna semper ẽ serenus. vnde Aristo. in ethicis dicit. Sapiens bene scit ferre fortunas: q: se habet sicut tetragonum sine vituperio. ¶ Quid tantum miseri seuos tyrãnos

Quid tantum miseri seuos tyrannos:
Mirantur sine viribus furentes
"Ne speres aliquid nec extimescas
Exarmaueris impotentis iram.
At quisquis trepidus pauet vel optat
Quod non sit stabilis suiq; iuris.
Abiecit clipeum locoq; motus
Nectit qua valeat trahi cathenam.

¶ Nota q̄ oblitus altera producta est participium huius verbi obliuiscor. Sed oblitus altera correpta descendit a verbo obliuio. ⁊ oblitus idem est q̄ maculatus. vnde versus. Immemor oblitus notat oblitus est maculatus. ¶ Nota circa hoc q̄ dicit insitus meror animuz aggrauat. q̄ quis non doleret de infortunio nulli contingit nisi animo multuz eleuato super fortunam: quia dicit Seneca. lxv. epistola. plus equo animo te dolere nolo: sed vt non doleas vix exigere audeo. nulli autez ista firmitas animi cōtingit nisi multum supra fortunam eleuato. et subdit. illud agamus vt iocunda nobis fiat amissorum recordatio. nemo libēter ad id redit quod nō sine tormento cogitaturus est.

Philosophia. Et illa. ita est inquit. Hec enim nondum morbi tui remedia: sed adhuc cōtumacis aduersus curationem doloris fomenta quedam sunt. Nam que in profundum sese penetrant cum tempestiuum fuerit amouebo. Veruntamen ne te miserum existimari velis: an numeruz modumqz tue felicitatis oblitus es. Taceo q̄ desolatum parente summorum te virorum cura suscepit: delectusqz in affinitatem principum ciuitatis quod preciosissimuz propinquitatis genus est. prius carus q̄ proximus esse cepisti. Quis nō te felicissimum cum tāto splendore socerorū

¶ Nota q̄ per rhetoricam ⁊ musicam dulcedinez fortune boe. adhuc non fuit restitutus virtuti et sapiētie: quod attestatur eius meror aggrauans animuz. Nam virtus ⁊ sapientia dolorem ⁊ merorem opprimit. vnde Seneca. lxv. epistola. Quemadmodum minuta lumina claritas solis obscurat: sic dolores mesticias: iniurias: sapientia ⁊ virtus sua magnitudine elidit atqz opprimit. ¶ Veruntamen ne te existimari miseruz velis. Hic philosophia enumerat bona fortune Boe. collata ratione quorum nō debuit se estimare miserū. ⁊ primo enumerat bona preterita que ipsum felicez fecerunt. postea enumerat in quarta prosa bona que ipsum in presenti felicem ostendunt. primo igitur philosophia describit felicitatem suam preteritam. secundo excludit quandam obiectionem. ibi. Quod si idcirco. Primo enumerat quedam bona communia. secundo magis specialia. secunda ibi. Preterea libet. Primo dicit. O bo. ne id est non velis te existimare miserum: nunq̄d oblitus es numeruz: q̄ p ⁊ modū felicitatis tue: taceo id est pertranseo q̄ te desolatū id est priuatum: parente id est patre ⁊ matre cura: summorum virorum id est consulum romanorum te suscepit: ⁊ tu delectus id est de aliis electus in affinitate principum ciuitatis cepisti prius esse carus q̄ proximus quod est preciosissimum genus propinquitatis. quis non predicabit te felicissimum cum tanto splendore tuorum socerorum: cum tanto pudore coniugis. i. vxoris: ⁊ cuz oportunitate. i. oportuna felicitate masculine prolis. q. d. nullus est qui non iudicauerit te felicem in his. ¶ Nota q̄ triplex est genus propinquitatis. Primum qd̄ cōtrahitur ex genealogia: ⁊ in tali propinquitate aliquis simul efficitur proximus ⁊ carus. nam frater fratri est carus ⁊ propinquus. Alia est propinquitas que contrahitur ex matrimonio: ⁊ vocatur affinitas: ⁊ in tali propinquitate aliq̄s prius efficitur propinquus q̄ carus. Tertia propinquitas contrahitur ex hominis moribus ⁊ virtutibus: ⁊ hoc est preciosissimum genus propinquitatis: ⁊ in tali aliquis prius efficitur carus q̄ propinquus. ⁊ sic Boeti. prius factus fuit romanis principibus carus ratione virtutis q̄ propinquus matrimonium contrahendo cum eis. ¶ Nota q̄ philosophia dicit boetium fuisse felicem splendore socerorum in plurali: cuz tñ nō hāerit nisi vnū soceꝝ: nā socer d̄r: cui⁹ filiā aliq̄s ducit: ⁊ nō legit q̄ Bo. habuit duas vxores.

Propinquitas 3.

ad hoc potest dici ꝙ hic accipitur socer large nõ tantum pro patre vxoris: sed etiam pro fratre qui large etiam potest dici socer: ergo dicit pluraliter socerorꝫ. ¶ Nota ꝙ ex tribus philosophia dicit Boetium felicem fuisse: ex honestate socerũ: pudore cõiugis: et opportunitate masculine prolis id est suorum filiorum. ¶ Pretereo libet enim preterire communia. Dic philosophia enumerat quedam bona specialia ex quibus Boetius non debet se estimare miserum et dicit: ego pretereo id ẽ pertrãsire volo: qꝫ mihi libet preterire cõmunia supple bõa: ⁊ delectat me venire ad specialem cumulꝫ tue felicitatis: scilꝫ assumptas dignitates in adolescentia negatas senibus. ⁊ subdit. siquis fructꝰ mortalium rerum habet vllum pondꝰ beatitudinis id est si propter aliquod temporale bonũ homo debet dici felix: poterit ne memoria illius lucis id ẽ tue felicitatis quãtam dicam deleri quantalibet mole id est quocũq; pondere ingruẽtium malorum: quasi diceret non potest deleri. ⁊ que ẽ illa felicitas cum tu vidisti liberos tuos id est filios tuos: pariter consules id est i consules electos: prouehi id est duci de domo tua: sub frequẽtia id est diligentia patrum scilicet seniorum: et sub alacritate id est sub gaudio plebis: et tu cuꝫ eisdem filijs tuis insidentibus: curules id est sedes iudiciarias: oratoꝫ id est predicatoꝫ regie laudis meruisti gloriam ingenij et facundie: cum tu medius in circo id est in circulatione duorum cõsulum scilicet filiorum tuorum satiasti expectatõe circumfuse multitudinis: triumphali largitione id est victoriali triumphatione vt ego opinor: tu dedisti verba id est deceptionem fortune: cum te illa demulcet dum te fouet vt suas delicias: tu obtulisti munus quod nunq̃ cõmodauerat vlli id est alicui: priuato id est extraneo. vis ne cum fortuna ponere calculum. i. computationem: nunc ipsa fortuna primum perstrinxit te oculo inuidenti id est inuido. si consideres nũerum et modum letorum: ve pro vel tristiꝫ id est prosperitatis et aduersitatis: adhuc non possis te negare felicem. ¶ Nota philosophia per hoc ꝙ dicit pretereo et prius dicit taceo vtitur quodaꝫ colore rhetorico qui dicitur occupatio. et diffinitur sic a Tullio. Occupatio est cum dicimus nos preterire: aut nescire: aut nolle dicere illud quod tamen maxime dicimus. ¶ Nota ꝙ mos erat romanorum ante. xxx. annos nulli conferre aliquam dignitatem nisi propter singularem dignitatem vel probitatem: vel propter publice rei euidentem vtilitatem. Boe. autem in adolescentia ante. xxx. annos electus fuit in consulem: ⁊ hoc philosophia vocat felicitatem communem non ꝙ communiter omnibus hoc concederetur: sed qꝫ non solum Bo. sed alijs paucis accidit. Refert enim Tullius in libro de amicitia: ꝙ Scipio añ. xxx. annos bis factꝰ ẽ cõsul. similiter Germanicus iuuenis consul factus ẽ añ. xxx. ãnos sed singularem felicitatem Boe. tangit dicens. Tum duos pariter consules. ¶ Nota ꝙ secũdum Isidorum in libro ethymologiarum curules erant sedes in quibus magistratus sedebant

cuꝫ coniugis pudore: cuꝫ masculine quoqꝫ plis opportunitate predicabit. Pretereo libet eniꝫ preterire coia: assumptas in adolescentia negatas senibus dignitates: ad singularem felicitatis tue cumulum venire delectat. Siquis rerũ mortalium fructus vlluꝫ beatitudinis põdus hꝫ poterit ne illius memoria lucis quantalibet ingruentiũ malorum mole deleri. Cũ duos pariter cõsules liberos tuos domo prouehi sub frequentia patrũ sub plebis alacritate vidisti cum eisdẽ in curia curules incidentibus: tu regie laudis oratoꝫ ingenii gloriam facundie meruisti: cum in circo duorum medius consuluꝫ circumfuse multitudinis expectatiõe triumpha

tes iura reddebant. et dicuntur curules a curru: quia tali sede vtebant in curru iudices quo vehebantur: vt expeditius populo iudicia redderent. ¶ Nota ꝙ cõsuetudo erat apud romanos id electione consulum habere sermonem ad populum de laudibus regum ⁊ electorum in magistratũ: ⁊ si bene predicauit inde gloriam consequebatur. huiusmodi sermonem fecit Boetius in electione suorum filiorũ in consules: et exinde sua gloria fuit geminata. ⁊ quia cõsimilis sermo consueuit fieri in triumphis in laudem eorum qui obtinuerant victoriam: ideo huiusmodi sermonem vocat triumphalem largitionem. ¶ Nota qui bonum aliquod promittit ⁊ non adimplet ille dat verba et nõ rem ⁊ sic decipit. ergo dicit philosophia dedisti fortune verba id est deceptiones ꝓmittendo ei aliquid boni ꝙ ipsa te ita fouet. ¶ Nota ꝙ calculus in vna significatione est paruus lapis qui calcando non ledit: ⁊ quia talibus lapillis vtebantur antiqui in computando: ideo calculare vel calculum ponere põitur pro computare vel pro ratione ponere. ergo dicit philosophia. Vis ne ergo cuꝫ fortuna calculum ponere: quasi diceret non debes: si computabis cum ea ipsa inueniet te multo feliciorẽ ꝙ̃ miserum. ¶ Quod si idcirco te fortunatum esse. Hic philosophia excludit quandam obiectionem. posset aliquis dicere: hec predicta bona nõ faciunt me felicem: quia sunt transitoria. hãc obiectionem excludit philosophia dicens. Quod pro sed: si non estimas te fortunatum id est felicem: quoniam pro quia illa abierunt que tunc videbantur leta. etiam non debes te estimare miserum: quia que nunc creduntur id est videntur mesta pretereunt. An nunc pro nunq̃d tu venisti ꝓmum in hanc scenã id est vmbram vite. subitus id est improuisus: ꝙ pro ⁊: hospes id est aduena tu ignores que gerantur in hac vita: ne pro nunquid: reris id est opinaris vllam constantiam inesse humanis rebus: cum ipsum hominẽ sepe dissoluat velox hora mortis. nam si fortuitis rebus est fides permanẽdi licet rara: tamen vltimus dies vite est quedã mors fortune etiam manentis fortune. quid igitur putas referre id est distare: ne .i. an tu deseras illam fortunam moriendo: an pro vel illa te deserat fugiendo: quasi diceret nihil refert quantũ ad constantiã fortune: siue fortuna hominem deserat: siue deseratur: manifestum est ꝙ permanere non potest. ¶ Nota ꝙ in rebus humanis nõ est constantia: cuius ratio ẽ. In isto quod est genitum nulla est constantia: quia nihil est genitum quod non sit corruptibile et nõ permanens: sed res humane sunt genite et producte: ergo ⁊c. ¶ Notandum ꝙ non est durabilis fortune prosperitas: quia ipsam cito fugat aduersitas. vnde Gaufredus in poetria. Omnibus ne crede tuis si tempore paruo. Illuxere tibi mox sunt clausura serenum. Nubila fata diem: inducent ꝙ crepuscula noctem. propter quod non est adhibẽda fides rebus fortuitis. ¶ Nota ꝙ philosophia tangit vnam rationem ꝙ fortuna non sit constans que talis est. homo non est constans: ergo nec fortuna. antecedens patet: quia hominem sepe dissoluit velox

li largitione satiasti. dedisti vt opinor verba fortune dum te illa demulcet: dum te vt sua delicias foueret. Munus quod nulli vnquam priuato commendauerat abstulisti. Vis ne ergo cuꝫ fortuna calculum ponere. Nũc te primum liuienti oculo prostrinxit: si numerum modumqꝫ letorum tristium ve consideres: adhuc te felicez negare nõ possis. Quod si idcirco te formatuꝫ esse nõ estimas: quouiã que tunc leta videbãtur abierũt. Nõ est quo te miserum putas: quoniam que nunc mesta credũtur pretereunt. An tu in hanc vite scenã: nunc primum subitus hospesqꝫ venisti: vllaꝫ ne humanis rebus inesse cõ

hora mortis. consequentia probatur ex hoc: quia fortuna non habet esse nisi circa hominem: cum sit in agentibus a proposito secundo phisicorum. ergo dicit philosophia nihil differt quo ad inconstantiam fortune: siue fortuna derelinquat hominē fugiendo: siue homo derelinquat ipsam moriendo. quocunq; modo fiat semper ipa est inconstans ⁊ non permanens.

¶ Metrum tertium secundi libri.

Cum polo phebus roseis q̄drigis. Istud est metrum tertium huius secūdi: cuius primus versus dicitur saphicus ab inuētore: trochaicus a pede predominante. metrū autem secundi versus dicitur gliconicum ab inuentore: coriambicum a pede predominātē. In hoc ergo metro philosophia declarat tribus exemplis mutabilitatem mundanorum. primum exemplū est de corporibus celestibus tale. Sole lucente in celo: tunc obscuratur lumen aliarum stellarum. Ecce mutatio stellarum quo ad lumen quod tamen prius apparebat tēpore noctis: sed sole nobis lucente nō apparet. vnde dicit in littera: cum phebus id est sol: ceperit id est iceperit: spargere id est emittere lucem: roseis quadrigis id est roseo curru: stella ebetata. i. obscurata: flammis id est luminibus solis prementibus: ipsa pallet id est pallida fit secundum albentes vultus. Secundum exemplum est in terre nascentibus tale. çephiro flāte terra ornatur floribus: sed austro flante flores deficiunt. Ecce mutatio in terre nascentibus. vnde dicit in littera. cū id est quādo nemus irrubuit: vernis id est venerabilib⁹ rosis: flatu çephiri tepentis. i. calentis: si auster nebulosus spiret id est flare inceperit: insanuz id est insane iam decus rosarum abeat spinis. i. recedat de spinis. Tertiuz exemplum est de mari tale. Quādo mare nō agitatur ventis apparet tranquillum: sed ventis agitatū efficitur tempestuosuz: ecce mutabilitas maris. vnde dicit in littera. Sepe mare radiat id est splendet tranquilo sereno. i. serena tranquilitate: imotis id est nō motis fluctibus: sepe aquilo cōcitat. i. prouocat feruentes ꝓcellas. i. tempestates verso equore. i. moto mari. tūc hortatur phia ne credamus bonis fortune dicēs. Si mūdo cōstat. i. ꝑmanet sua forma rara vt ex dictis pz: ⁊ si mūdus variat tātas vices. i. alternatōnes:

stantiam reris: cum sepe ipsum hominez velox hora dissoluat. Nam et si rara est fortuitis manendi fides: vltimus tamen vite dies mors quedam fortune est etiam manentis. Quid ergo referre putas. Tu ne illam moriendo deseras. An te illa fugiendo deserat.

Metrum tertium secundi libri:

Cuz polo pheb⁹ roseis quadrigis
Lucem spargere ceperit
Pallet albentes ebetata vultus
Flammis stella prementibus
Cum nemus flatu zephiri tepentis
Vernis irrubuit rosis
Spirat insanum nebulosus auster.
Iam spinis abeat decus
Sepe tranquilo radiat sereno
Immotis mare fluctibus
Sepe feruentes aquilo procellas
Verso concitat equore.
Rara si constat sua mundo:
Si tantas variat vices.
Crede fortunis hominum caducis

tunc crede caducis id est transitoriis fortunis hoim. i. noli credere: ⁊ loquitur ironice. debet enim intelligi per contrariū: crede. i. noli credere bonis fugacibus qualia sunt bona fortune. qd̄ patet ex hoc: qr constat. i. manifestum est: ⁊ ē positum. i. stabilitum: eterna lege. i. diuina lege: vt nihil genitum constet. i. immutabiliter permaneat. ¶ Nota ꝙ poete attribuunt soli q̄drigam que dicitur a numero quattuor equorum. Poete enim fingunt currū solis trahi quattuor equis: propter quattuor diuersitates solis. Nam sol cū oritur est rubens: hora tertia splendens: hora meridiei feruēs: sz hora vespertina est tepēs. Lune vero attribuūt bigam: ꝓpter duas proprietates lune. nam luna virtualiter est frigida ⁊ humida.

Bonis crede fugacibus.
Constat eterna positumqz lege est:
Vt constat genitum nihil.

Prosa quarta libri secundi.

Vz ego vera inq̄ commemoras: O virtutum omnium nutrix nec inficiari possum ꝓsperitatis mee velocissimum cursum: sed hoc est qd̄ recolentez vehementiꝰ coquit. Nam in omni aduersitate fortune infelicissimuz genus infortunii est fuisse felicez. Philosophia

¶ No. circa hoc ꝙ dicit fortuitis bonis. Sene. d. in li. de consolatōne filij Helye. Nunq̄ ego fortune credidi que cū mecū videretur pacē agere: oīa quecūq̄ in me idulgentissime conferebat: pecuniaz: honores: gīam: eo loco posui vñ possz sine motu meo repetere. Interualluz magnū inter me ⁊ ipaz habui: itaq̄ nec illa abstulit nec emisit. Neminez aduersa fortuna cōminuit nisi quē secūda decepit. Fortūa fortes metuit: ignauos expauit: opes auferre pōt: aīam autem surripere nō potest. ¶ Nota ꝙ phia bona fortune appellat caduca: qr. d. Sene. lxv. episto. Oīa ista in que fortuna dñium exercet sua sunt: sicut pecūie honores in becilla sūt fluida mortalia sunt ⁊ passiones incerte. ¶ Nota dicit nullū genitū esse constās. d. Sene. episto. p̄allegata. Oīa mortalia minuūt: cadūt: deferunt: decrescūt: exhauriūtur: itaq̄ in illis in sorte causa incerta inequalitas est: diuinoꝝ aūt vna natura est. ¶ Prosa quarta scd̄i libri

Vm ego vera inq̄. Hec est quarta prosa huius secundi in qua phia probat Boe. hoc non esse conquerendum de fortuna propter presentia bona que sibi dereliquit. ⁊ primo Boeti. confitetur se fuisse felicem deplangens presentem infelicitatem. Secundo philosophia ostendit ipsum esse felicē in presenti statu. ibi. sed ꝙ tu. d. ergo Bo. O philosophia nutrix omnium virtutum: tu commemoras vera: nec possum inficiari id est negare: velocissimum cursum id est recessum mee prosperitatis: sed hoc est quod coquit id est anxiat vehementer me recolentem preteritam prosperitatem. Nam in omni aduersitate fortune infelicissimum genus infortunij est fuisse felicem et iam non esse. ¶ Nota philosophia dicitur nutrix oīm virtutū: quia oīs virtus consistit in medio: medium nō attingitur nisi recta rōe: qr recta ratio est sapientie et philosophie. Item cum philosophia diuidatur in practicam et speculatiuam: ipsa includit prudentiam que est recta ratio agibilium: ex. vi. ethicorum. Prudentia autem colligata est omnibus virtutibus: ex eodem vi. propterea philosophia dicitur nutrix omnium virtutum. ¶ Nota ꝙ recordatio preterite felicitatis coquit hominem: ideo dicit Senec. lxv. epistola. Illud agamus vt iocunda nobis fiat amissorum recordatio. hoc autem contingit cum animus preparatus est ad amissionem eoꝝ. ¶ Nota ꝙ duplex est infortuniū quoddam continuum: aliud interpolatum siue discontinuum. Primum infortunium est infelix. scd̄m est infelicissimū. Infortuniū enim continuū ex cōsuetudine minꝰ nocet: qr. d. Sen. i li. de trāquilitate aī. Tollerabiliꝰ ē bona nō acquirere q̄ acquisita amittere: ideoq̄ letiores videbis quos fortūa nūq̄ respexit q̄ quos deseruit. Itē dicit in li. de cōsola. filij helye. Vnū

habet bonum assidua infelicitas ꝙ illos indurat quos vexat. Infortuniuꝫ autem discontinum est cum aliquis mutatur de aduersitate in prosperitatem: ⁊ iterum de prosperitate in auersitatem: ⁊ tale est infelicissimum genus: quia sepe deiicit hominem in desperationem. vde Samarieñ. alias pau. henri. O bona prosperitas vbi nunc es: nunc mea versa est. In luctuꝫ cithara: fit lachrymosa lira. O mala dulcedo subito que sumpta venenas. Que vere cõpensas mellea felle graui.

¶ Sed quod tu inquit false opinionis. Hic philosophia ostendit Boe. in presenti esse felicem propter multa bona que adhuc possidet. secundo probat felicitatẽ fortuitam nulli posse totaliter euenire. Tertio probat veram felicitatem in bonis fortuitis non consistere. secunda ibi. quis est eim. tertia ibi. atqꝫ vt agnoscas. prio ponit philosophia ꝙ non debet querulari Boe. de infortunio cũ abũdet adhuc pluribus bonis: ⁊ illa bona philosophia enumerat. secũdo ipsa consolatur eum ibi. Cum igitur. dicit primo. O Boeti: ꝙ tu luis id est patiaris: supplicium false opinionis: id. i. illud non põt iure imputari rebus. nã si mouet te mane nomẽ fortuite felicitatis: licet id est licitum: vt tu reputes: id est cõputes mecuꝫ ꝙplurimis: qꝫ pro ⁊ maximis bõis abundes. si igitur illud bonuꝫ tibi seruatur diuinitus illesuꝫ: que pro ⁊ inuiolatum: quod tu possidebas preciosissimum in omni censu id est thesauro tue fortune: poteris ne retinens queqꝫ meliora iure causari id est conqueri infortunio: quasi diceret non. Tunc enumerat bona eius: atqui pro certe illud preciosissimum decus humani generis scilicet Symachus socer tuus: iste viget id est floret: incolumis id est sanus: qđ inquam decus non segnis id est non tardus emeres precio vite: quasi diceret tu tantum diligis eum ꝙ vitã tuaꝫ pro eo exponeres. Symachus vir totus factus ex sapientia ⁊ virtutib⁹ ille securus suarum supple iniuriarum ingemiscit de tuis iniurijs. viuit vxor tua modesta ingenio: precellens pudore pudicitie: ⁊ vt includã breuiter omnes dotes id est virtutes eius: ipsa est similis patri suo scilicet Symacho: ⁊ ipsa existens exosa id est tediosa huius vite: tantũ tibi seruat spiritum id est ipsa tantum viuit propter te: quo id est in quo vno: ego concesserim tuam felicitatez minui supple ꝙ vxor tua: tabescit id est tristatur lachrymis ⁊ dolore desiderio tui. quid dicam liberos supple tuos consulares: quorum specimen id est similitudo ingenij paterni id est tui: vel auici id est aui ipsorum scilicet Symachi: qui fuit auus ipsorum ex parte matris: elucet vt in id etatis pueris: quasi diceret liberi tui sunt similes patri et auo ipsorum in prudentia inquantum etas permittit. ¶ Notandum sicut inferius probabitur ꝙ in rebus fortuitis non potest consistere vera felicitas. Ideo illi qui adeptione talium rerum felices se estimabant: et ex amissione earum infelices falsa opinione de-

Sed quod tu inquit false opinionis supplicium luis: id rebus iure imputare non possis. Naꝫ si te hoc inane nomen fortuite felicitatis mouet: q̃plurimis maximisqꝫ abundes mecum reputes licet. Igitur siquid in omni fortune tue censu preciosissimuꝫ possidebas: id tibi diuinitus illesuꝫ adhuc inuiolatumqꝫ seruatur. Poteris ne meliora queqꝫ retinens de infortunio iure causari. Atqui viget incolumis illud preciosissimum humani generis decus. Symacus socer: et quod vite precio non segnis emeres. Vir totus ex sapiẽtia virtutibus factus suarum securus: tuis ingemescit iniurijs. Viuit vxor igenio modesta: pudicitie pudore precellẽs: ⁊ vt oẽs dotes ei⁹ breuiter includã: patri similis.

cipiebātur. ⁊ licet in opinione eoꝝ sic esset: non tamen erat in re. Ideo dicit philosophia ad Boetium: ꝙ tu false opinionis supplicium luis id rebus imputare nō potes. ¶ Nota supplicium false opinionis est in animo non in re. vnde Sene. xvij. episto. Multis parasse diuitias non fuit finis miseriarum: sed mutatio diuitiarum. Nec hoc miror. non enim in rebus est vitiū sed in animo. sepius enim opinione quā re laboramus: ergo infortunium Boetij non erat imputandum rebus: quia non erat: sed imputandū fuit sue false opinioni. ¶ No. ꝙ philosophia ostēdit presentem felicitatez in tribus consistere: scz in amicis: in vxore pudica: ⁊ filiorum suorum prudētia. Primo enim ad felicitatem requiruntur amici. Nam amicus ē preciosissimum genus diuitiarum: ex octaua prosa huius secundi. ⁊ Aristoteles nono ethicoꝝ. Nemo eligit viuere sine amicis habens reliqua bona. ⁊ secundum Tullium in li. de amicitia. Qui amicitiam tollit de mundo: solem tollere videtur. ⁊ Seneca in de remedijs fortuitoꝝ. Nihil est peius ꝙ a amicos non habere. si amicum ꝑdidisti alium quere: ⁊ ibi eum queras vbi inuenias: quere inter artes liberales: inter recta et honesta officia: quere in laboribꝰ. ad mensam ista res non queritur.

Secundo requiritur ad felicitatē politicam vxor pudica que vera est. vnde Sene. in de remedijs fortuitorum. Multe inter ꝓbas matrimonialis ordinis ceperunt esse exempla metriculaꝝ. ꝙ multas ex cōiugibꝰ optis pessimas videmus: ex diligentissimis dissolutissimas: ex liberalissimis rapacissimas. etiaz si bonā vxorem habuisti nō potes affirmare eam esse permensuram in illo proposito. nihil taz mobile: nihil tā vagū: ꝙ feiaꝝ volūtas. tertio requirit ad felicitatē politicā ꝓles: qꝛ ſm Aristo. i. ethi. Nō oīno felix est qui spē turpis est: aut solitariꝰ: aut ꝓle carēs. ¶ No. ſm Hug. specimē est pulchritudo vel similitudo vel signū vel ymago vel noticia vel exꝑimētū vel bonū operis documētū: ſ in ꝓposito accipit ꝓ similitudie. Item ſm eūdem auitus ta. tū. i. ab auo habitus vel possessus vel ab ipm pertinēs: ⁊ ponit qnqꝫ pro antiquo. ¶ Cum igitur ꝑcipua sit mortalibus. Hic phia ex dictis consolat Boe. dicens. Ex quo hoibus est precipua cura. i maxima cura: retinende vite. i. saluāde vite sit mortalibus: o te felicez si cognoscas tua bōa: cui etiā nunc suppetūt. i. abundāt talia bona: qꝛ nemo dubitat esse cariora ipsa vita: quare iam sicca lachrymas ⁊ noli flere. nōdum eim omnis fortuna est tibi exosa. i. aduersa: ad vnum. i. omnino: nec tibi incubuit id est insterit tempestas aduersitatis nimiuz valida: quoniam tenaces anchore id est amici inseparabiles: herent id est firmiter manent: que scilicet anchore nō patiuntur tibi abesse solamen presentis temporis. nec spem futuri temporis. et dicit. Boetiꝰ precor vt hereant id est maneant ille anchore: qꝛ ipsis manentibus: vtcūqꝫ id est qualitercūqꝫ res se habeant: nos euitabimus euadendo aduersitatem fortune. sed o phia tu vides quātuz decus nostri ornamenti id est bonorum exteriorum quibus ornabamur decesserit. subiungit

Viuit inquam tibi que tantum vite huius exosa spiritum seruat. Quo vno felicitatem minui tuam: vel ego ipsa concesserim: tui desiderio lachrymis ac dolore tabescit. Quid dicaz liberos consulares quorum iam vt in id etatis pueris vel paterni vel auici specimen elucet ingenii.

Cū igitur precipua sit mortalibus vite cura retinēde: O te si tua bona cognoscas felicē: cui suppetūt etiaz nunc que vita nemo dubitat esse cariora: quare sicca iam lachrymas: nondum est ad vnuz oīs exosa fortuna. Nec tibi nimium valida tempestas incubuit: quoniaz tenaces herent anchore: que nec presentis solamen:

philosophia. Nos promouimus aliq̄tulum animum tuum ad consolationē: si nondum piget te totius tue sortis: quia maior pars salua tibi manet: sed non possum ferre tuas delicias: q̄ tam luctuosus id est plenus luctu: atq; anxius conqueraris aliquid abesse tue beatitudini. i. tue felicitati. ¶ Nota q̄ sicut mors est omnium amarissima: quia omnia abscindit: omnia deuorat: ⁊ quia aliqui iudicant se non timere mortem: ⁊ tamen secundum Senecam in de remedijs fortuitorum sic. Vita est omnium dulcissima. Omnia eniz appetūt esse viuere: ideo vnumq̄dq; naturaliter nititur ad saluanduz vitam: quia nihil est carius. si ergo Boe. possedit bona que cariora sunt vita: non debuit se estimare miserum: sed magis felicem.

¶ Nota q̄ philosophia amicos appellat anchoras. sicut enim tēpestate incumbente per anchorā nauis retinetur: ⁊ a periclitatiōe saluatur: sic imminente aduersitate fortune homo fidelibus amicis ne succumbat infortunio subleuatur. fideles eniz amici retinent hominem impetu fortune agitatum ne totaliter deiiciatur a sua stabilitate. ¶ Nota secundum Huguitionem suppetere est subministrare: vel superabundare. sed pigere est piger esse vel penitere vel grauare vel offendere. ¶ Quis est enim tam cōposite felicitatis. Hic philosophia probat felicitatē nulli posse totaliter euenire. Secundo ostendit q̄ quanto aliquis est felicior: tāto leuiori aduersitate p̄sternitur. tertio cōcludit ex his felicitatem fortuitam amaraz esse ⁊ miseram. quarto inuehitur contra homines. secunda ibi. Adde q̄ felicissimi. tertia ibi. q̄ multis. quarta ibi. quid igitur o mortales. Primo dicit quis est homo taz composite felicitatis id est tam copiose felix: vt non rixaretur id est discordaret ex aliqua parte: cuz qualitate id est cū dispositione: sui status id est sue fortune: quasi diceret nullus est ita felix: quia conditio id est status humanorum bonorum: est anxia res id est misera res: que nunq̄ homini tota proueniat: vel nūq̄ perpetua subsistat. Tunc declarat q̄ non tota proueniat homini: quia huic id est alicui homini: exuberat cēsus id est abundat pecunia: sed aliud sibi deficit: quia degener sanguis id est ignobilitas est sibi pudori: hunc id est aliuz hominem nobilitas facit notuz: sed ipse inclusus angustia rei familiaris id est paupertatis: mallet id est magis vellet esse ignotus: ille. i. alter homo circumfluus. i. circūdatus: vtroq;. i. tā diuitijs q̄ nobilitate: ipe deflet celibē vitā. i. castaz vitā: q: nō pōt forsaz ducere vxorē. Ille. i. alter felix nuptijs scz habendo vxorē: orbus id est carens: liberis id est pueris: ipse nutrit. i. cōgregat cēsum alieno heredi. Alius au

nec futuri spem temporis abesse patiātur Boetius. Et hereāt inq̄ precor: illis nāq; manētibus vtcunq; se res habeant humane enatabimus. sed quantum decus ornamētis nostris decesserit: vides. Philosophia. Et illa promouimus inquit aliquantulum: si te nondum totius tue sortis piget. Sed delicias tuas ferre nō possuz: qui abesse aliquid tue beatitudini tā luctuosus atq; anxius conqueraris.

Quis est enim tam composite felicitatis: vt non aliqua ex parte cuz status sui qualitate rixaretur. Anxia enim res est humanorum cōditio bonoruz: et que vel nunquaz tota proueniat: vel nunquā perpetua subsistat. Huic sensus exuberat: sz est pudori degener sanguis. Hūc nobilitas notū facit: sz āgustia rei familiaris iclusus mallet eē ignotꝰ. Ille vtroq; circūflu

tem letatus prole ipse mestus illachrymat id est ingemescit: delictis id est pro criminibus filij vel filie sue. Idcirco nemo facile cōcordat cum conditione sue fortune. inest enim singulis supple hominibus aliquid quod ipse inexpertus ignoret: vel expertus ipm exhorreat: ⁊ sic rixatur cum qualitate sui status. ¶ Nota ꝙ non est homo tam felix quin inueniat aliquam conditionem in se quam vellet non habere: propter quod misera est conditio humanorum bonorum: qꝛ nunq̄ homini tota prouenit: qꝛ aliquis contēnere omnia potest: sed omnia habere nemo potest. Et elicitur vna ratio ex littera. Illi conditio humanorum bonorum non tota prouenit: cui suus status in aliquo displicet: sed nullus inuenitur tam felix cui status suus nō displceat in aliquo sicut declarat i littera: ergo ⁊c. ¶ Itē sanguis seruilis conditionis dicitur degener: qꝛ homines naturaliter liberi sunt: sed per seruitutem degenerant a natura. ¶ No. vita casta dicitur vita celebs quasi celestis: qꝛ in carne viuere preter carnem est vita celestis et angelica. ¶ Nota secundum Huguitionem illachrymari est intus lachrymari vel cum dolore lachrymari: ⁊ est deponentis generis: licet ꝑz antiquos inueniatur neutri generis: ⁊ sic ponit Boetiꝰ hic in neutro genere mestus illachrymat. ¶ Adde ꝙ felicissimi cuiusq̄. Hic ostendit philosophia ꝙ homo magis felix leuiori aduersitate prosternitur: cum hoc comparando Boetium ad alios. et dicit. Adde predictis ꝙ sensus cuiuslibet hominis felicissimi id ē fortunatissimi: est delicatissimus id est impatientissimus nisi ad nutum suum cuncta supperant id est abundent: ipse erit insolens id ē impatiens omnis aduersitatis: ⁊ prosternitur a sua felicitate quibusq̄ minimis aduersitatibus: adeo perexigua sunt id est valde exigua: que fortunatissimis detrahunt id est auferunt: summam id est perfectionem beatitudinis. O Boeti q̄m multos esse coniectas id est opinaris: qui sese arbitrentur proximos esse celo id est deo: si eis cōtingat minima pars de reliquijs id est de particulis tue fortune. Hic locus quem tu vocas exiliuz est patria incolentibus id est habitantibus: et ita eorum iudicio spectat ad felicitatem vniuersaliter: ergo de rebus fortuitis concludit adeo nihil est miserum: nisi cum tu putes id est nisi ex reputatione animi tui estimes: q̄ pro et contra id est per contrarium: omnis sors est beata equanimitate id ē patientia animi tollerantis. Quis est ille tam felix qui cum dederit manus impatientie id ē cum fuerit factus impatiens quin ipse non optet mutare statum suum: quasi diceret nullus est tam felix. ¶ Nota ꝙ forsan aliquis diceret nulli homini placet status suus si deest sibi magnum fortunium: sed defectus modici boni nō impedit complacentiam status quin homo totaliter sit felix. Hoc excludit philosophia dicens. Quanto aliquis est felicior: tanto est delicatior. et quanto est delicatior: tanto magis grauatur ex defectu modici boni: et sic felicissimis detrahitur complementum beatitudinis.

¶ Notandum ꝙ vna ⁊ eadem res est quam vnus iudicat spectare ad miseriam: alius iudicat spectare ad felicitatem: ergo dicit philosophia. Locus quem tu exilium vocas incolentibus est patria. ¶ Notandum est ꝙ quantumcunque sit homo abundans re

us vitam celibem deflet. Ille nuptiis felix: orbus liberis. Alieno censum nutrit heredi. Alius prole letatus filii filieve delictis mestus illachrymat. Idcirco nemo facile cum fortune sue conditione cōcordat. Inest enim singulis qd̄ inexpertus ignoret: expertus exhorreat. Adde ꝙ felicissimi cuiusq̄ delicatissimꝰ sensus est: et nisi ad nutum cuncta suppetāt: omnis aduersitas insolens minimis quibusq̄ prosternitur adeo perexigua sunt: que fortunatissimis summam beatitudis detrahunt. Quam multos esse coniectas

bus fortuitis: si aliquid displicet sibi in statu suo: ipse optat statum suum mutari: commendãdo statum alterius. vnde miles emeritus laudat statum mercatoris: econtra mercator peritus pericula marina laudat militiam. Similiter legispeniti laudant agricolas: ⁊ agricole vrbanos. Similiter exemplum patet in Boetio de scholarium disciplina de filio inconstantie: q̃ habens displicentiam vnius status: semper alium ⁊ aliuz assumpsit. ¶ Nota q̃ dicit nihil est miserum nisi cum putes. vnde dicit Seneca nona epl'a. Miser est qui se beatuz nõ iudicat. licet mũdo imperet: non est beatus qui se beatum non esse putat. ¶ Quaz multis amaritudibus. Dic philosophia ostendit fortuitam felicitatem esse amaram ⁊ miseram dicens. Quam multis amaritudinibus dulcedo hũane felicitatis est respersa id est permixta: que etiaz si videatur iocunda homini fruenti: tamen non potest retineri: quominus prout hõ hẽat eam: cum velit id est non potest retineri ad voluntatem hominis: ⁊ liquet id est manifestum est q̃ misera sit beatitudo rerum mortalũ: que nec perpetua perdurat apud equanimos id est apõ cõstantes vel patientes: nec ipsa tota id est simul delectat: anxios id est miseros. ¶ Nota q̃ felicitas ⁊ dulcedo humana non est sine amaritudine: q: dicit beatus Bernardus Nunq̃ in honore sine labore: nunq̃ in prelatione sine tribulatione: nunq̃ in sublimitate sine vanitate quis esse potest. Item Alanus in anticlaudiano dicit, Sed nihil inuenio quod in omni parte beate vitat: quin multas nobis deferre querelas possit: si nostram velit accusare mineruam: ¶ Quid igitur o mortales. Dic philosophia inuehitur contra homines: ⁊ dicit sic. O mortales quare peritis id est queritis: extra id est in rebus exterioribus felicitatem postam intra vos: error ⁊ inscicia id est ignorantia confundit vos. ostendam tibi breuiter cardinez id est radicem summe felicitatis. est ne aliquid tibi pretiosius teipso. nihil inquies. Si igitur fueris cõpos tui per tranquilitatem animi: tu possidebis quod nunq̃ amittere velis: scilicet delectatõnez in operatõne perfecte virtutis: nec fortuna poterit tibi auferre. ¶ Nota q̃ duplex est beatitudo: perfecta ⁊ imperfecta: Perfecta beatitudo habetur post hanc vitam: ⁊ est vita eterna: de qua loquitur beatus Iohannes dicens. Hec est vita eterna vt cognoscant te solum verum deum: ⁊ quem misisti Iesum christum. Alia est beatitudo imperfecta que potest esse in presenti vita: quam philosophi posuerunt consistere in operatione optime virtutis. vnde radix talis est tranquilitas animi et moderatione ⁊ sedatione passionum per habitum virtutis. per radicem autẽ tranquilitatem homo efficitur sui compos vt non subiciatur passionibus. Ista au

qui sese celo proxios arbitrentur: si de fortune tue reliquijs pars eis minima contigat. Hic ipse locus quem tu exilium vocas incolẽtibus patria est. Adeo nihil est miserum nisi cuz putes. Contraqz beata sors omnis est equanimitate tollerantis. Quis est ille tam felix qui cũ dederit impatientie manus: statum suuz mutare nõ optet. Quaz multis amaritudinibus humane felicitatis dulcedo respersa est: que si etiam fruenti esse iocunda videatur: tamen quominus velit habeat: retineri non possit. Liquet igitur q̃ sit mortalium rerum misera beatitudo: que nec apud equanimos perpetua pdurat: nec anxios tota delectat. Quid igitur o mortales extra petitis intra vos positaz felicitatem: error vos inscicia qz confundit. Ostẽdã tibi breuiter cardinẽ felicitatis. Est ne aliqd tibi teipso pciosi? nihil iqes

tem tranquilitas non est querenda in rebus exterioribus: sed soluz habet esse in animo homi nis: de qua beatitudine ⁊ tranquilitate hic loquitur philosophia dicens. quid igitur o mortales ⁊c. ⁊ Seneca loquens de eadem felicitate. ix. epistola dicit. Summum bonum extrinsecꝰ instrumenta non querit: domi colitur: ex se totum est: incipit fortune esse subiectum si quaz partez sibi foris querit. Item Seneca vicesimatertia epistola dicit. Felicitatis auiditas tuta est: que si aut vnde proueniat queris. ex bona conscientia: ex honestis consilijs: ex rectis actōnibus: ex contemptu fortuitorum. ⁊ tricesimaprima epl̄a dicit. Illud bonum est querendum quod non fiat in dies deterius. quid est hoc. animus. sed hic rectus: bonꝰ: magnus. quid aliud voces hunc animum q̄ deuz in corpore humano hospitatum. ⁊ quadragesimaprima epistola dicit. Lauda bonum in homine quod eripi non potest: quod est proprium hominis. queris quid sit illud. animus ⁊ ratio ꝑfecta. rationale nāq; animal est homo. ¶ Atq; vt agnoscas i his. Hic philosophia probat veraz felicitatem non posse consistere in rebus fortuitis tribus ratōibus. secundam ponit ibi. Ad hec. Tertiam ibi. ⁊ quoniam. prima ratio talis est. In illo non consistit felicitas hominis quod potest auferri ab homīe: sed bona fortuita sunt huiusmodi: ergo ⁊c. Maior est nota: quia summum bonum est proprium hominis: bonum autem quod auferri potest non est summum bonuz: quia illud quod auferri nō potest. melius est eo quod auferri potest. Minor patet. bona fortuita possunt auferri cū sint mutabilia. vnde dicit in littera. Vt agnoscas beatitudinem non posse cōstare in rebus fortuitis: sic collige per tales rationes. Si beatitudo est summum bonum nature degentis: ratione id est nature rationalis: nec illud est summum bonum quod vllo modo potest eripi. i. auferri: q: illud bonum quod nequeat id est non potest auferri: hoc precellit id est melius ē ⁊ dignius eo quod potest auferri. ex quo manifestū est ꝙ mutabilitas fortune non possit aspirare id est accedere ad beatitudinem accipiendam. ¶ Nota ꝙ beatitudo est summum bonum: quia in tertio huius secunda prosa dicitur ꝙ beatitudo est status perfectus aggregatione omnium bonorum. ⁊ beatitudo est summum bonū nature degentis. i. viuētis: rōne. i. nature rōnalis sicut hoīs: q: hoīm genus viuit arte ⁊ rōe: ex ꝓhemio methaphi. Nullū eīm alioꝝ animaliū est felix: ex. x. ethicoruz. Bruta enim animātia nemo felicitabit: primo ethicorū. ⁊ talis beatitudo nō cōsistit in bonis exterioribus sed in actu sapiētie: q: dicit Aristo. in libro politicoꝝ. Testis mihi est deus ꝙ in bonis exterioribus nō cōsistit summū bonum. ⁊ idem in eisdem. Nos sumus felices ⁊ dij: dij autem non sunt felices bonis exterioribus: ergo nec homines. ¶ Nota licet in bonis exterioribus fortuitis nō cōsistat felicitas formaliter ⁊ essentialiter: tamen felicitas cōsistit in eis organice: q: deseruiunt ad felicitatez veram. sine enim rebus exterioribus quaꝝ fortuna domina est nō cōtingit esse felicem: supple organice: ex libro de bona fortuna: ⁊. x. ethicoꝝ. Opus est exteriori ꝓsperitate oī enti. Natura enim per se non est sufficiens ad speculandum: sed oportet cibum potum ⁊ reliquum famulatum preexistere. ¶ Ad hec quem caduca ista felicitas vehit. Hic philosophia

Igitur si tui compos fueris: possidebis quod nec tu amittere vnq̄ velis: nec fortuna possit auferri. Atq; vt agnoscas in his fortuitis rebus beatitudinem constare non posse: sic collige. Si beatitudo est summum nature bonum ratione degētis: nec illud est summuz bonuz quod eripi vllo modo potest: quoniam precellit id quod nequeat auferri. manifestum est ꝙ ad beatitudinem percipiendam fortune instabilitas aspirare non possit. Ad hec quez caduca ista felicitas vehit vel scit eā vel nescit esse mutabilez. si nescit: quenaz beata sors esse potest ignorantie cecitati?

ponit secundam rationem que talis est. Ille qui felix est fortuita felicitate aut scit eam mutabilem esse aut nescit. si nescit est ignorans et per consequens est infelix. si scit eam mutabiles eē necesse est ꝙ timeat ne eam amittat. cui autem inest continuus timor felix esse non potest. Qui dicit in littera sic. Ad hec scilicet predicta addam aliam rationem: homo quem vehit id est ducit: ista caduca id est fortuita felicitas vel scit eam esse mutabilem vel nescit. si nescit: quenam sors beata. i. que felicitas beata potest esse cecitati ignorātie. q. d. nulla. si scit eam esse mutabilem necesse est vt metuat ne amittat illud qō non dubitat posse amitti: quare continuus timor non sinat ipm esse felicem. Et forsan diceres homo non timet amissionem fortune: quia non curat vtrum eam amittat vel non. hoc excludēs philosophia dicit. Si amiserit bonum fortuitum ⁊ putat illud negligendum id est non curandum: tunc illud bonum erit valde exile quod amissum feratur equo animo id ē equali animo sicut conseruatum: ⁊ per consequens illud non est sūmum bonum. ¶ Nota ex tertio huius prosa. ix. vera ⁊ perfecta felicitas facit hominem potentem reuerendum: celebrem et letum: ergo vera felicas excludit timorem et per consequens continuus timor qui excludit leticiam non sinit esse felicem. Unde. Seneca nona epistola. Ille beatissimus ē ⁊ securus sui possessor qui crastinum diem sine solicitudine expectat. ¶ Item nota ex quo felicitas consistit in speculatione dei et substantiarum separatarum: ipsa excludit cecitatem ignorantie: in qua ignorantia felicitas esse non potest. ¶ Et quoniam tu idē es. Dic philosophia ponit tertiā rationem que talis est. Si beatitudo consisteret in rebus fortuitis: cum bona fortuita finiuntur morte hominis: sequitur ꝙ omnis homo in morte fieret miser. quod non est verum: quia multi per mortem consecuti sunt felicitatē: sicut martyres ⁊ alij sancti qui perpessi sunt maxima tormenta vt consequerentur beatitudinem in anima. dicit ergo sicin littera. Quoniā tu idem es supple homo cui ego scio esse persuasum: permultis id est valde demonstrationibus: mentes id est animas hominum nullo modo esse mortales: et cum sit clarum id est manifestum: fortuitam felicitatem finiri id est terminari morte corporum supple hominis: nequit id est non potest dubitari si hec fortuita felicitas potest afferre i. dare beatitudinē: quin omne genus mortalū. i. hoim labatur in miseriaz in fine mortis. Sed si scimus multos sez sanctos quesisse fructū beatitudinis: non solū morte: verūetiā dolorib⁹ ⁊ suppliciis: quonāmodo. i. per quē moduz presens vita sup. bonis fortuitis ornata potest facere beatos: que vita transacta. i. terminata nō efficit miseros. q. d. nullo modo. ¶ Nota cuius presentia est causa felicitatis: eius absentia est causa miserie et infelicitatis: ⁊ hoc clarissime poterit apparere ex isto simili. sicut cum nauta per sui presentiam est causa felicitatis nauis: sic eius absentia est causa periclitationis eius: ex secundo philosophorum. si ergo bona fortuita per sui presentiam essent causa beatitudis: per sui absentiaz essent causa miserie. Cum autem in morte hominis bona fortuita relinquunt hominem fugiendo ⁊ homo relinquat ea moriendo: omnis homo post mortem esset miser et infelix quod falsum est. Nam multi post mortem consequuntur beatitudines. Et quia forsan aliquis diceret mortuo

Si scit metuat necesse est ne amittat qō amitti posse non dubitat: quare continuus timor nō sinit esse felicem: an vel si amiserit negligēdū putat. Sic quoqz perexile bonum est quod equo animo feratur amissum. Et quoniam tu idem es cui persuasum est atqz insitum permultis demōstrationibus scio mentes hominuz nullo modo esse mortales. Cumqz clarum sit fortuitaz felicitatem corporis morte finiri: dubitari nequit si hec auferre beatitudinem potest quin omne mortaliuz genus in miseriam mortis fine labatur.

homine moritur ⁊ anima eius: ⁊ sic homo post mortem nullam consequetur beatitudinē. hoc excludens philosophia dicit ad Boetium. Tu es idem ille cui persuasum est multis demōstrationibus animas hominum esse immortales. ¶ Nota ꝙ omnes leges in hoc conueniunt ꝙ anima intellectiua hominis sit immortalis. separatur enim ab aliis sicut perpetuum a corruptibili: ex secundo de anima, ⁊ hoc est rationabile: quia anima intellectiua cū sit immaterialis non est educta de potētia materie: sed ab extra scilicz a deo. ipsa enim secundum beatum Augustinū creando infunditur ⁊ infundendo creatur. propter quod cuz ab scisso materie sit causa perpetuitatis per commentatorem primo celi ⁊ mūdi: anima intellectiua immaterialis existens ipsa est immortalis.

Quod si multos scimus non morte soluz verumetiam doloribus suppliciisqz beatitudinis fructum quesisse: quonammodo presens vita facere beatos potest: que miseros transacta non efficit.

## Metrum quartum libri secundi.

Quisquis volet perhennem
Cautus ponere sedem
Stabilisqz nec sonoris
Sterni flatibus euri
Et fluctibus minantem
Curat spernere ponthum
Montis cacumen alti
Bibulas vitet arenas
Illud proteruus auster
Totis viribus vrget
He pendulum solute
Pondus ferre recusant
Fugiens periculosam

## ¶ Metrum quartum secundi libri.

Quisquis volet perhennem. Hic incipit quartum metrum huius secūdi quod dicitur metrum anacremicum ab inuentore: iambicum a pede predomināte: dimetrum a numero pedum: cathaleticuz: quia deest vna syllaba ad cōplementum metri. huic metro adiungit metrum feregratium sic dictum ab inuentore de quo superius dictum est. In hoc ergo metro philosophia commēdat vitam mediocrem per talem methaphoraz Edificium constructum in loco nimis alto vrgetur tempestatibus ventoruz: ⁊ fundatum in loco arenoso defluit: sed fundatuz in loco humili ⁊ saxoso vtrūqz vitat incōmodum: sic vita presens nimium eleuata prosperitate vel nimium depressa aduersitate frequenter euentu inopinato calamitatibus defluit: mediocris autez secura permanet. dicit ergo in littera. Quisquis homo cautus volet ponere sedem: perhennem id est firmam mansionem: ⁊ ipse stabilis existens: nec velit sterni id est deijci sonoris flatibus euri illius venti: ⁊ q̄squis curat spernere ponthum minantem fluctibus id est mare fluctuans: ille vitet cacumen id est summitatem alti montis: ⁊ vitet arenas bibulas id est siccas. Tunc assignat causam quare debeat vitari in edificando cacumen alti montis: quia illud scilicet cacumen alti montis vrget id est infestat: auster proteruus id est ventus impetuosus. tunc assignat causaz quare debeant vitari arene: quia he scilicet arene solute id est disiuncte per siccitatem recusant ferre id est nolunt portare: pendulum pondus id est labile pondus. Tu ergo fugiens periculosam sortem id est euentum: amene sedis id est amene māsionis ⁊ certus existens: memento figere id est stabilire domum tuam: in humili saxo id est depresso lapide: q̄uis ventus

mīsce ens equora.i.voluens maria:tonet.i.seuiat:ruinis.i.flatibus ruinosis:tu felix conditus robore.i.firmitate:quieti valli.i.munitionis:⁊ tu serenus.i.tranquillus:duces.i.ages:euuz i. vitam tuam:ridens.i.deridens ⁊ pro nihilo habens:iras.i.persecutiones:etheris.i.aure vel venti seuientis. ¶ Nota q̃ ois virtus superfluitate corrumpitur:cū virtus cōsistat in medio. Est eim virtus electiuus habitus imediate consistens recta ratione determinat⁹:ideo ois superfluitas tanq̃ viciosa vitanda est. Phia ergo docet vitare superfluuz prosperitatē quā ō signat p cacumē alti mōtis:que psperitas plerūq̃ impugnat inuidia et potentia magnatū: que per ventum ꝓpellentē designatur. Docet etiā vitare nimiā paupertatem quā ō signat bibula arena:que paupertas recusat ferre.indigentiā necessariorꝫ q̃ per ponidus pendulū designat.indigentia eim grauat hominem ad modum penduli ponderis. ¶ Nota securitas secundū Tullium in rhetorica sua est virtus incōmoditates iminentes et incboate rei affines nō formidās que securitas maxime appetēda est.propter quod phlosophia docet appetere vitam mediocrem q̃ reddit hominez securum secundū illud poeticuz. Medio tutissim⁹ ibis.⁊ Latho. Tuta mage pupis est que modico flumine fertur. Quaz vitā mediocrem designat per humile saxum in quo edificium impetu venti non deijcitur: nec fundationibus tanq̃ bibula arena dissoluitur. Nota q̃ duplex est paupertas voluntaria ⁊ leta.alia inuoluntaria ⁊ tristis.prima paupertas est appetenda.secunda fugienda. De prima loquitur Seneca secunda epistola. Honesta res est leta paupertas.paupertas enim expedita secura est. Et.xviij.epistola. O lucille incipe cum paupertate habere cōmercium.gaude cōtemnere opes. nemo alias est deo dignus q̃ qui opes contempserit. Secunda paupertas scilicet inuoluntaria ⁊ tristis fugienda est:q: mortalis est:⁊ ratione tristitie stupefacit ⁊ corrumpit naturam.

Ord pot ⁊ superflu corrumpit

Sortem sedis amene.
Humili domo memento
Certus figere saxo
Quauis tonet ruinis
Miscens equora ventus
Tu conditus quieti
Duces serenus euum
Felix robore valli
Ridens etheris iras.

¶ Prosa quinta libri secundi.

Ed quoniam rationum iam in te mearum fomenta descendūt: paulo validioribus vrēduz puto. Age enim si iam caduca et momētanea fortune dona nō essent. Quid in eis est quod

¶ Prosa quinta secundi libri.

Ed quoniam rationum iam in te. Hic incipit quinta prosa hui⁹ secundi in qua phlosophia ponit remedia magis mouentia Boetium ad ostendendum q̃ bona fortune sunt contemnenda: et minus esse dolendū de amissione eorum. Ista autem remedia sunt rationes sumpte et conditionibus particularium bonorum fortune scz diuitiarum:bonorum:potestatum ⁊ glorie. Et primo ostendit hoc de diuitijs q̃ non sunt magnopere appetende ponendo vnam rationem generalem respicientē omnia bona fortune. Secundo ponit rationes de diuitijs.ibi.diuitie. Primo intendit talem rationem. Nullus magnopere debet illud appetere qō non potest esse suum: et quod in se consideratum est vile: sed omnia bona fortuita sunt huiusmodi que sunt mutabilia: ideo non possunt esse propria hominis: ⁊ in se considerata vilescunt: ergo ⁊c. vnde dicit in littera. quoniam fomenta id est medicamenta mearū rationum in te descendunt: quia ego video te paulatim fortunam contemnere puto esse vtendum paulo validioribus rationibus id est magis mouentibus. age est aduerbium hortandi,

# Prosa quinta

si enim bona fortune non essent caduca id est casualia: ⁊ momentanea id est trãsitoria ad modum momenti: quid est in eis quod vnquam queat fieri vestrum: aut perspectum ⁊ in se consideratum non vilescat: quasi diceret nihil. ¶ Nota ꝙ bona fortune sunt caduca ⁊ transitoria: quia dicit Seneca septuagesima sexta epistola. Omnia bona fortune nobis accidunt: sed nõ adherent: ⁊ si abdicantur sine vlla nostri lachrymatione discedunt. ex quo patet si mutabilia sunt ꝙ non sunt propria bona hominis: quia secundum eundem Senecam. Nihil proprium dicas qõ mutari potest. ¶ Nota ꝙ bona fortuite in se considerata vilescũt: quia dicit Io. chrys. Bona fortune in seipsis veterascũt ⁊ cõsumuntur: aut ab extraneis dolo vel violentia vel calumnia diripiuntur. ¶ Diuitie ne vel vestri vel sui natura. Hic philosophia põit rationes de diuitijs in specialiꝙ non sint magnopere appetẽde. Secundo probat hoc generaliter de diuitijs ibi. quid autem. Prima diuidit in quinꝙ partes secundũ ꝙ sunt quinꝙ genera diuitiarum que probat non multum esse appetenda: scilicet pecunia: gẽme: possessiones: vestes ⁊ famuli. primo ostendit propositum de pecunia, secundo de gemmis. ibi. an gemmarum. tertio de possessionibus ibi. an vos. quarto de vestibus ibi. Iam vero. quinto de famulis ibi. an vero. Primo duabus rationibus probat diuitias non multum esse appetendas. secunda ibi. at eadem. Prima ratio talis est. Illa non sunt multum appetenda que nec ex sui natura nec ex natura vrentis sunt preciosa: diuitie sunt huiusmodi: ergo ⁊c. maior nota: quia nihil appetitur nisi bonum et preciosum. minor declaratur. diuitie non sunt bone ex sui natura: quia nõ faciunt bonum eũ cui aduenium. nec sunt bone ex parte vrentis: quia non inquantum conseruãtur. sic enim faciunt hominem auarum. nec inquantum distribuuntur: quia sic relinquunt hominẽ. dicit ẽim in littera. Diuitie vel sunt preciose sui natura vel natura vestri vrentium eis. ⁊ quid earũ est potius id est preciosius: an aurum: an vis congeste pecunie id est congregate: atqui procerte hee scilicet diuitie non sunt preciose conseruando eas: quia melius nitent effundendo id est distribuendo eas ꝙ coaceruando id est retinendo eas. siquidem auaricia que pecuniam coaceruat semper facit homines odiosos: ⁊ largitas que pecuniam effundit facit claros id est bonos subdit. ⁊ si illud quod transfertur in alterũ non potest manere apud quenꝙ: tunc est preciosa pecunia loquendo ironice: cum ipsa vsu largiendi translata in alios desinit possideri.

aut vestrum vnquam fieri queat: aut non perspectum consideratumq; vilescat. Diuitie ne vel vestri vel sui natura precio se sunt. Quid earum potius auru ne an vis congesta pecunie. Atqui hee funden do magis ꝙ coaceruãdo melius nitent. Siquidem auaricia semper odiosos: claros largitas facit. Quod si manere apud quenquam nõ potest quod transfertur in alterum: tunc est preciosa pecunia cũ trãslata ĩ alios vsu largiẽdi desinit possideri.

¶ Notandum ꝙ aliquid est bonum duplicitter vel ex natura sui vel ex natura vrentis. Et illud dicitur bonum ex natura sui quod a se vel in se habet vnde sit bonum: ⁊ cuicunꝙ aduenit facit ipsum bonum: sicut ratio recta par ⁊ similia. Sed illud dicitur bonum ex parte vrẽtis quo si aliquis conuenienter vtatur aliquid boni inde prouenit. Inde nota secundum beatum Bernardum. Solus error hominum facit ꝙ aurum ⁊ argentum reputantur preciosa: cũ nõ sint nisi terra rubea ⁊ alba. ¶ Nota ꝙ Seneca octuagesima octaua epistola probans diuitias non esse bonas sic arguit. Quod bonum est bonos facit: diuitie non faciunt bonos: ergo diuitie bone non sunt. Item illud quod potest contingere contemptissimo ⁊ turpissimo bonũ ñ est: diuitie autẽ ⁊ leoni ⁊ laniste cõtingãt cõtemptissimo ⁊ turpissimo: ergo bone nõ sunt. Item bonum ex malo non fit: diuitie autẽ sunt ex auaricia que mala est: ergo bone nõ sunt.

¶At eadem si apud vnum. Hic ponit secundam rationem que talis est. Illa non sunt multum appetenda que a pluribus nō possunt possideri ⁊ non transeunt ad aliuz sine paupertate aliorum: diuitie sunt huiusmodi: ergo ⁊c. vnde dicit in littera. Si eadem pecunia quanta est vbiq; gentium id est apud gentes: si illa congeratur apud vnum hominem: ipsa facit ceteros homines inopes sui id est carentes: ⁊ vna vox pariter tota id est simul replet auditum multorum. diuitie autem non possunt transire in plures: nisi cōminute id est diuise in partes. quod cū factū est scilicet q̄ cōminute transeunt in alios: necesse est vt supplet illos faciant pauperes quos relinquunt. Et tunc exclamat contra diuitias dicens. O igitur supplico diuitias esse angustas id est artas ⁊ inopes: quas nō licz plurib⁹ habere totas: ⁊ que nō veniunt ad quēlibet sine paupertate ceterorum. i. aliorum hominum.

¶Nota q̄ diuitie nō veniunt ad quenlibet sine alioꝝ paupertate: q: dicit Seneca in de remediis. Pecuniam perdidisti quā vt haberes alius ante te perdidit. perdidisti pecuniam: habes vno periculo minus quo te felicem: si cū illa auariciam perdidisti. et idem lxxxviij. epistola dicit. Diuitie animos inflant: superbiam pariunt: inuidiam contrahunt: mentem alienant: timorem inducunt: insolētiam faciunt. nihil aūt aliud insolentia est q̄ spes false magnitudinis: ergo diuitie bone non sūt.

¶An gemmarum fulgor oculos trahit. Hic ostendit philosophus q̄ gēme non sunt appetende tanq̄ proprū bonum hois intendēs talem rationem. Quicquid bonitatis vel preciositatis ē in gēmis hoc consistit in luce ⁊ splendore gemmarum: sed lux gemmarum non est proprium bonum hominis: sed est bonum ipsarum gemmarum: ergo ⁊ cetera. vnde dicit in littera. An fulgor gēmarum trahit oculos hominum supple ad concupiscendum eas tanq̄ proprium bonuz: sed siquid est precipui id est preciositatis in hoc splendore: illa lux est gemmarum et non hominū: qualquidem gemmas vehementer admiror: homines mirari id est mirando desiderare tanq̄ bonum suum. quid est enim carens motu anime: atq; compage id est coniunctione membrorum: quasi diceret reperitur in rebus inanimatis quod iure videatur id est videri debeat esse pulchrum rei animate et rationabili nature: quasi diceret nihil: que gemme tametsi pro quāuis: trahant id est recipiant aliquid postreme pulchritudinis: opera id est diligentia conditoris: q̄ pro et: sui distinctione id est specifica formatione: tamen ipse collocate infra vestram excellentiam id est dignitatem: nullomodo merebāntur vestram admirationem.

At eadem si apud vnum quanta vbiq; gentium congeratur: ceteros sui inopes fecerit. Et vox quidem tota pariter multorum replet auditum. Ueste vero diuitie nisi comminute in plures transire nō possunt. Quod cum factuz est: pauperes necesse est vt faciant quos relinquunt. O igitur angustas inopesq; diuitias: quas nec habere totas pluribus licet: et ad quenlibet sine ceterorum paupertate non veniunt. An gemmarum fulgor oculos trahit. Sed siquid est in hoc splendore precipui: gemmarum est lux illa nō hominuz. Quas quidē mirari homines vehementer admiror. Quid est eiz carēs anime motu atq; membrorum compage quod animate rationabiliq; nature pulchrum esse iure videatur. Que tametsi conditoris opera suiq; distictione postreme aliquid pulchritudīs trahūt: infra vestrā tamē excellentiā collocate admiratōnem vestram nullomodo merebantur.

# Prosa quinta

¶ Nota ꝙ non est gloriandum de gemmis tanq̄ de proprio bono: quia dicit Sene. xli. epistola. Nemo gloriari debet nisi de suo. quid enim est stultius in homie q̄ aliena laudare. quid est eo dementius qui ea mirantur que ad aliuz transferri protinus possunt. non faciunt equū meliorem aurei freni. ¶ Nota ꝙ quadruplex est pulchritudo. prima est animalium rationalium. secunda est brutorum sensibilium. tertia plantarum vegetabilium: quarta est rerum inanimatarum: in quo genere gēme collocantur. propter qd̄ dicit Philosophia. Si gemme trahunt aliquid postreme pulchritudinis.

An vos agrorum pulchritudo delectat. Boeti. Quid ni. Est enim pulcherrimi operis pulchra portio. Si quondam sereni maris facie gaudemus: sic celum: sydera: solem: lunāqz miramur. Philosophia Num te horum aliquid attingit. Nō audes alicuius taliū splendore gloriari. An vernis floribus ipse distingueris: aut tua inestiuos fructus intumescit vbertas. Quid inanibus gaudijs raperis. Quid externa bona pro tuis amplexaris. Nunq̄ tua faciet esse fortuna: que a te natura rerum fecit aliena. Terraruz quidem fructus animantiuz proculdubio debentur alimentis: Sed siquod nature satis est replere indigentiam velis: nihil est quod

¶ An vos agrorum pulchritudo Dic probat philosophia idem de possessionibus sicut de agris: ⁊ intendit hanc sententiam. Bonitas agrorum vel consistit in pulchritudine eorum que delectant aspectum: ⁊ talis pulchritudo nō magis est ipsius hominis q̄ pulchritudo florum vel stellarū qui etiaz delectant aspectū homīs: ⁊ tamē nihil ad hominē pulchritudo istorū vel bonitas agroruz confert in vtilitate eorum que est ad sustentationem hominis: sed hec possessio agrorum nō est multum appetenda: vt sit ampla: quia natura paucis est cōtenta. Unde dicit in littera. An pulchritudo agrorum delectat vos: vt gaudeatis de ea tanq̄ de bono vr̄o. Et dicit Boe. quid in id est quare nō delectaret. est enim pulchra portio operis pulcherrimi scz mundi: sic nos gaudemus facie id est aspectu maris. sereni id est tranquilli: sic id est eadem ratione miramur celuz: sydera: solez ⁊ lunā. Respondet philosophia. Num id est nunquid aliquid horum attingit te tanq̄ propriū. q. d. non. Num. i. nunquid audes gloriari splendore alicuius taliū tanq̄ tuo. q. d. non. An. i. nūquid tu distigueris. i. ornaris vernis floribus? certe nō. nunquid tua vbertas. i. fertilitas: intumescit id est superbit: inestiuos fructus. i. per estiuos fructus. q. d. non. quid raperis. i. circūdaris in anibus gaudijs supple reputando ista esse tua bona? quid amplexaris externa bona pro tuis? q. d. frustra hoc facis: qz fortuna nunquā faciet esse tua que natura rerū a te fecit esse aliena. Tūc dicit phia nō nego quin ista possint tibi esse vtilia. fructus eīm terrarū proculdubio debentur alimentis aīantium. i. animalibus pro alimentis: sed si velis replere indigentiam nature: quod satis est id est ad sufficientiam: nihil est. i. nō oportet ꝙ petas. i. desideres affluētiam fortune supple ad dilatandū ⁊ ampliandū agros. natura. n. paucis contenta est: cuius satietatē si velis vrgere. i. cogere supfluis cibis ⁊ potibus: illud qd̄ infuderis ventri supfluuz fiet: aut iniocūdū. i. triste: aut fiet noxiū. i. periculosuz. ¶ Nota ꝙ ex littera pōt formari talis ratio. Si illud qd̄ magis videtur inesse non inest: nec illud qd̄ minus sed magis videtur ꝙ hō dz gl̄iari de pulchritudie celi ⁊ stellaꝝ ⁊ nō dz: qz nihil hoꝝ est suū: ego minus dz gl̄iari de pulchritudie agroꝝ ⁊ aliaꝝ possessionū ¶ Nota ꝙ natura nō est onerāda supfluis: sed est alēda paucis cōtenta est. vnd̄ Seneca. xvi. epl̄a. Si ad naturā vixeris nūq̄ eris paup: si ad opioez nūq̄ eris diues. Exiguū natura desiderat: opio v̄o imēsuz. Et beat⁹ Aug. d. Sumēda sūt alimēta tāq̄ medicamēta. ⁊ Grego. Dū vēter nimia satietate extēdit: aculeꝰ libidīs suscitatur.

¶ Nota q̄ Aristo. in quadam epistola ad alexandrum di. Qui transgreditur debitum modum in pleno et in vacuo: non poterit euadere furorem egritudinis ⁊ molestias infirmitatū. Qui ergo appetit viuere ⁊ dominari: renūciat desiderio proprie voluptatis: nec comestionē comestioni superaddat: q̄ omnis incontinens voluntarie est egrotans secundo ethicoruz. Et subdit. audiui ab Hypocrate q̄ conseruauit dietas pro quibus debilitatem corporis sustinebat. cui dixit suus discipulus. doctor egregie. si velles bene comedere non sustineres tantaz corporis debilitatez. Cui respōdit Hypocras. Ego comedo vt viuā: nō viuo vt comedā. Unde dicit Aristo. ibidem. Alimentū propter durabilitatez est querendū: nō durabilitas propter alimentū. subdit. Multos noui qui diminuerūt d̄ alimēto et comestione abstinētes a suis appetitib⁹. parcentes gule: viuētes temperate per dietas: qui fuerunt sanissimi corporis: lōgioris vite et boni appetitus.

fortune affluentiam petas. Paucis eim minimisq̄z natura contenta est. Cuius satietatem si superfluis vrgere velis: aut iniocundum quod infuderis fiet aut noxiuz. Jam vero pulchrum varius fulgere vestibus putas. Quarum si grata intuitu species est: aut materie naturam: aut ingenium mirabor artificis. An vero te longus ordo famulorum facit esse felicez. Qui si viciosi moribus sint perniciosa domus sarcina: et ipsi domino vehemēter inimica. Si vero probi sint quonammodo in tuis opibus aliena probitas numerabitur. Ex quibus omnibus nihil horum que tu in tuis computas bonis: tuuz esse bonum liquido monstratur. Quibus si nihil inest appetende pulchritudinis: quid est q̄ amissis doleas: uel leteris retētis. Quod si natura pulchra sunt: quid id

¶ Jam vero pulchrum. Dic phi losoꝝ hic ostendit q̄ non sit gaudendū de pulchritudine vestium tanq̄ de proprio bono: ⁊ arguit sic. De illius pulchritudine nō est gaudenduz que non est hominis pulchritudo: sed pulchritudo vestium non est hominis pulchritudo: sed est ipsaꝝ vestiū: igitur ⁊c. vnde dicit in littera. Jam putas pulchrum esse id est tue pulchritudini ascribendum fulgere varijs vestibus: quasi diceret nō debes hoc putare: quarum scz vestium: si spēs ist est pulchritudo: est grata id est delectabilis intuitu: ego mirabor naturam materie vestiū: aut mirabor ingeniuz id est subtilitatem artificis vestem formantis nihil ascribendo tibi. ¶ Nota q̄ splendor habit⁹ exterioris non facit hoīem meliorē nisi fulgeat habitus mentis interior in eo. vñ Sene. Nullus dicit gladium esse bonū si baltheus eius deauratus est ⁊ vagina gemmis distincta. Sed gladius bonus est si bene inscidit ⁊ bonū acumē habet. ⁊ mucro bonus est qui om̄e munimē rupturus est. vnde sunt versus. Aurea nobilitas luteam si vestiat ollam. Non ideo sequit hanc minus esse luteam. Item poeta inquit Cinge caput lauro tege corpus gēmis ⁊ auro. Si fueris pridem remanebis rusticus idem. ¶ An vero te longus ordo famuloꝝ. Dic phia ostendit non esse gloriandum de multitudine famuloꝝ tanq̄ de proprio bono: ⁊ arguit sic. Famuli āt sunt puersi in morib⁹: ⁊ sic sunt nociui. aut sunt bene morigerati: tunc nihil ad te: q̄ hec probitas est famulorum ⁊ non tua. Unde dicit in littera. An vero longus ordo famuloꝝ facit te esse felicem: qui scilicet famuli si sint viciosi moribus supple: tunc sunt perniciosa sarcina id est periculosum pondus ipsius domus: ⁊ sunt vehementer inimica ipsi domino. si vero sint probi: quonāmodo id est per quem modum aliena probitas numerabitur id ē computabitur in tuis operibus: quasi diceret nullo modo. Et tunc concludit de omnibus predictis

# Prosa quinta

dicens. Et quibus omnibus predictis monstratur liquido id ē aperte nihil bonī esse tuum bo
num que tu computas in tuis bonis: quibus si nihil inest appetende pulcritudinis supple q̄
tibi ascribere poterit: quid est id est quare ē q̄ tu doleas de amissis vel leteris retentis: q̄ pro
sed: si predicta sunt pulchra natura id est propter naturaz propriā: quid refert id tua. i. quid q̄
tinet hoc ad te: quasi diceret nihil, nā hec sequestrata. i. diuisa tuis opib' per se placuissent.

tua refert. Nam hec per se a tuis quoqz opibus sequestrata placuissent. Neqz eiz idcirco sunt preciosa q̄ in tuas venere diuitias: sed quoniaz preciosa videbātur: tuis ea diuitiis ānūerare maluisti. Quid antez tanto fortune strepitu desideratis fugare credo in digentiaz queritis copia Atqui hoc vobis in contrariū cedit. Pluribus quippe adminiculis opus est ad tuendam preciose suppellectilis varietatez. Verūqz illud est permultis indigere eos qui multa possident. Contraqz minime indigeret qui abundantiam suaz nature necessitate nō ambitus superfluitate me-

Neq̄ enim idcirco sunt preciosa q̄ in tuas venere diuitias: sed q̄m pro q: videbātur tibi preciosa: iō maluisti ea ānumerari tuis diuitijs. ¶ Nota q̄ serui puerili mo- nº de familiaribus est
ribus sunt familiares inimici domini et totius domus: de quibus postea dicetur tertio huius quinta prosa. Non est pestis efficacior ad nocendum q̄ familiaris inimicus. ⁊ si videntur aliquādo amici hoc est ratione vtilitatis non ratione virtutis: de quibus loquit Seneca in de remedijs di. Mel musce sequuntur: cadauera lupi: frumenta formice: predā sequitur ista turba non hominem. Item Seneca di. xli. episto. In homie illud laudandū est quod ipsius ē si familiaz formosam habet ⁊ domum pulchram: si multum serit: si multum feneratur: nihil bonum in ipso est: sed circa ipsum lauda

in illo quod proprium est: quod nec auferri nec eripi potest. ¶ Quid autem tanto fortune strepitu. Hic philosophia ostendit generaliter diuitias non esse appetendas magnopere: ⁊ facit hoc tribus rationibus. secundam ponit ibi. Ita ne. tertia ibi. Ego vero nego. Prima ratio ē ista. Illa non sunt multuz appetenda per que homo non consequitur ea propter que diuitie appetuntur. appetuntur enim diuitie propter fugam indigentie: quā fugaz indigentie homo non consequitur per diuitias: sicut declarat in littera dicens. Quid autem tanto strepitu id est labore: desideratis id est cuz desiderio insistitis fortune: credo vos queritis fugare indigentiam copia id est diuitijs: quasi diceret: ideo desideratis diuitias vt suppleatis vestram indigentiam. Atqui pro sed hoc cedit vobis in contrarium: qui supple pro q: pluribus adminiculis id est adiutorijs est opus ad tuendum varietatez preciose suppellectilis id est possessionis verūq̄ illud est permultis eos indigere qui permulta possident: ꝓ pro et contrarium supple illi minime indigent qui mensuriantur id est mensurant suam abundantiam non superfluitate ambitus id est cupiditatis: sed necessitate nature. ¶ Nota secundum Se- nº de diuitiis
necā permultis indigent qui permulta possident: propter qō multe diuitie non fugant indigentiam: sed magis excitant. vnde poeta. Nulla ditari ratione potestis auari. Eos facitis inopes quas cumulatis opes. ¶ Nota circa hoc quod dicit minime indigent. dicit Seneca. lxi. epistola. Taurus paucissimorum iugerum pascuis impletur: ⁊ vna silua pluribus elephantibus sufficit: homo terra pascitur et mari. Quid igitur tam insatiabilem ventrem natura dedit nobis: cum tam modica corpora nobis dederit: vt vastissimorum edacissimorum q̄ animalium auditatem vincerenus. quātulum enim est quod nature datur paruo illa educatur, nō fames nostri ventris nobis magno constat: sed ambitio. ventri autem obedientes

vt nemo nisi diues putetur dignus. ¶ Nota ꝙ diuitie non reddunt hominem securum. vnde Iuuenalis poeta. Pauca licet portes argenti vascula puri. Nocte iter ingressus contũ gladiumq; timebis. Et nocte ad lunam trepidabis arundinis vmbram. Cantabat vacuus coraꝫ latrone viator. Et Seneca .xliiij. epistola dicit. Nundum latro transmittit: ⁊ in obsessa via pauperi pax est. ⁊. lxxvi. epistola dicit. Quisquis se fortune multum dedit ingentem sibi viaꝫ perturbationis fecit. vna hec via est ad tuta vadendi externa despicere: ⁊ honesto contentum esse.

ator intrasses: coram latrone securus cantares. O preclara opum mortalium beatitudo quam cuꝫ adeptus fueris securus esse desistis.

Incipit metrum quintum.

Elix nimium prior etas
Contenta fidelibus aruis
Nec inerti perdita luxu
Faciliqꝫ sera solebat
Ieiunia soluere glande.
Nec bachica munera norat
Liquido confundere melle.
Nec lucida vellera serum
Tyrio miscere veneno.
Somnos dabat herba salubres:
Potum quoqꝫ lubricus amnis
Umbras altissima pinus.

¶ Metrum quintum secundi libri,

Elix nimiũ prior etas. Hic incipit quintũ metrum huius secundi: qđ dicitur pentitacum ab inuentore: anapesticuꝫ a pede predominante. ⁊ est dimetrum: quia quattuor pedes vnum metꝝ constituũt. ⁊ est cathalecticũ: quia in quarto pede vna syllaba deficit ad complemẽtum metri. In quo metro philosophia cõmendat primam etatem que erat sine cupiditate diuitiarum: deplangẽdo presentem etatem in qua dominatur ⁊ regnat auaricia. Prio ergo cõmendat etatem antiquorum. secũdo nostram etateꝫ deplangit ibi. Utinaꝫ modo. primo dicit. Prior etas nimiuꝫ felix fuit contenta fidelibus aruis id est fideli agricultura: nec fuit perdita id est deprauata: inerti luxu id est graui superfluitate: que etas solebat soluere id est remouere: sera id est tarda ieiunia: facili glande id est vili fructu: nec illa etas norat. i. nouerat: cõfundere. i. miscere bachica munera. i. vina liquido melle ad faciendũ mellicratũ sicut modo fit. nec etiã nouerat miscere. i. intingere: lucida vellera. i. albam lanam: serum. i. illoꝝ populoꝝ: tyrio veneno i. sanguine conchiliorũ: quorũ copia apud tyrũ inuenitur ad faciendũ purpureũ colorẽ. Herba dabat eis salubres somnos. nõ eim dormiebant in lectis eburneis: sed in herbis: qꝫ pro et lubricus amnis id est labilis aqua dabat eis potum: ⁊ pinus id est illa arbor altissima dabat eis vmbras. i. vmbrosas habitationes. non eniꝫ in domibus ⁊ in curiosis edificijs habitabãt nondũ hospes aliq̃s existẽs secabat. i. diuidebat nauigãdo alta. i. ꝓfundũ maris: qꝛ adhuc nõ erat vsus nauiũ: nec mercibus vndiq; lectis. i. collectis: viderat noua littora. i. alienas terras: qꝛ manebãt in patria. tũc supple in illa etate tacebãt seua classica. i. tube vel cornua vocãtia boies ad bellũ dicta classica a calo qđ est voco. neq; cruor fusus acerbis odijs tinxerat. i. madidauerat horrida arma: qꝛ tũc nõ erat vsus armoꝝ: q̃d eniꝫ. i. propter q̃d hosticus furor vellet prior arma mouere: cũ videret seua vulnera: nec videret vlla p̃mia sanguis: qꝛ nihil erat ꝓ quo pugnarẽt. ¶ No. circa h̃ ꝙ dic̃ prior etas: q̃ttuor etates distigũtur s̃m poetas. i. pria fuerit boies dõi ⁊ simplices paucis cõtẽti: q̃ cõedebãt glãdes: bibebãt aquã: ñ colebãt vsẽas. hãc etatẽ vocabãt poete aureã: ⁊ erat sub saturno: de q̃. B. loq̃t in lr̃a. scđa etas dicebat argẽtea

que erat sub Joue: cum homines magis astuti inuenerunt agriculturam: et ceperũt inhabitare domos ⁊ plantare vineas. Tertiam etatem vocabant eream in qua homines propter propriam curam rerum ceperunt alios depellere ⁊ se aliqualiter malicie dare. Quartam etatem vocabant ferream quando in tantum abundabat malicia et auaricia hominum ꝙ nec fides nec iusticia mansit in terra: in qua etate nos sum⁹ quã in fine Boe. deplangit. ¶ Nota circa hoc ꝙ dicit inerti luxu ꝙ iertia et otiũ sunt causa luxurie. Unde poeta. Otia si tollas piere cupidinis artes. Item Horatius. Queritur egistus q̃re sit factus adulter. In promptu causa ẽ: qr desidiosus erat. Est autẽ triplex luxuria: vt habetur in de scholarium disciplina. quedã consistit in coitu: quedam in crapula: et quedam in vestitu: ⁊ quelibet est fugienda. ¶ No. circa hoc ꝙ dicit lucida vellera serum. Seres sunt q̃dam hoies apud quos cõtexitur lana de arboribus. fila ergo que a vermibus qui dicuntur bombices operantur: illa vocat hic lucida vellera. ¶ No. ꝙ tyrus ẽ vermis venenosus in cuius sanguie intingitur purpura: quoꝝ cõchiliorum copia iuenitur apud tyrũ insulam. ¶ Utinaz modo nostra redirent. Hic phia deplangit presentem etatẽ dicens. Utinaz nr̃a tpa. i. conditiones nostri temporis redirent modo. i. redigerẽtur in priscos mores. i. in mores antiquos. sed heu non est ita: ꝑ amor id est desideriuz habendi feruẽs: seuior. i. periculosior ignib⁹ etne illius mõtis ardet. Heu quis fuit ille qui primus fodit. i. effodit põdera tecti auri. i. absconditi: effodit gemmas volentes latere que sunt preciosa pericula: quia multi propter eorum preciositatem pericula incidũt. ¶ Nota Seneca in libro de diuisione scientiarum cõmendans priorem etatem dicit. O felix prior etas que tot pertulit sapientes: quibus velut stellis fulgentibus mundi tenebras irradiaret. sed heu nunc alij terrenis cure inseruiũt: alij temporalis dignitatis ambitione inardescunt: omnes vere circa studium sapientie elanguescunt. ¶ Nota ꝙ etna est mons sicilie qui frequẽter ignibus inardescit: ad cuius similitudinem habet se auaricia et cupiditas hominum que insatiabilis nunq̃ penitus extinguitur. Unde Tullius in libro de finibus bonorum et malorum dicit. Cupiditates hoiz sunt insatiabiles: que nõ mõ singulares: ꝑ vniuersas familias euertũt Ex cupiditatib⁹ eiz odia: seditões: et bella nascunt: ex quib⁹ vitã amarissimã necesse ẽ effici.

Mondum maris alta secabat:
Nec mercibus vndiqz lectis
Noua littora viderat hospes:
Tunc classica seua tacebant.
Odiis neqz fusus acerbis
Cruor horrida tinxerat arma.
Quid enim furor hosticus vlla
Vellet prior arma mouere
Cum vulnera seua videret
Nec premia sanguinis vlla.
Utinam modo nostra redirent
In mores tempora priscos.
Si seuior ignibus etne:
Feruens amor ardet habendi.
Heu primus quis fuit ille.
Auri qui pondera tecti:
Gemmaqz latere volentes
Preciosa pericula fodit.

## Prosa sexta secundi libri.

Uid autem de dignitatibus potẽtiaqz disseram: quas vos vere di-

¶ Prosa sexta secundi libri.

Uid autem de dignitatibus. hec est sexta prosa huius secundi libri in qua philoso-

phia ostendit ꝙ dignitates ⁊ potestates non sunt magnopere appetende. Et primo probat intentum de dignitate ⁊ potestate simul. secundo de potestate diuisim ibi. Que vero. tertio iterato simul de dignitate ⁊ potestate ibi. ad hec. Primo intendit rationē. Illa non sunt multum appetenda que cum aduenient malis faciunt ipsos deteriores: ⁊ bonos non efficiūt meliores: sed dignitates ⁊ potestates huiusmodi sunt sicut declarat in littera: igitur ⁊c. vnde dicit sic. quid disseram id est dicam de dignitatibus: q̄ pro ⁊ potentia: quas vos inscij id ē ignari vere dignitatis: ac pro ⁊ potestatis: exequatis id ē assimilatis: celo id est summo bono: que si ceciderint in quē q̄ improbissimum id est viciosissimum: que incendia etne illius montis dederint tantas strages id est pericula: flammis eructuantibus id est exeuntibus: ⁊ ꝙ diluuium dederit tantas strages sicut illi mali: quibus aduenient dignitates. q. d. plura mala proueniūt ex dignitatibus ⁊ potestatibus maloꝝ q̄ ex incendio ignis vel diluuio fluuij. Et subdit philosophia vti ꝓ sicut arbitror te meminisse: vestri veteres id est antiquiores romani: cupierunt abolere id est delere: imperium consulare id est dignitatem consularē: ob id est propter superbiaꝫ consulū:

gnitatis ac potestatis inscij celo exequatis. Que si in improbissimum quēqꝫ ceciderint: que incendia flammis etne eructuantibus quod diluuiuꝫ tantas strages dederint. Certe: vti meminisse te arbitror: consulare imperiuꝫ: quod libertatis principium fuerat: ob superbiaꝫ consulum vestri veteres abolere cupierūt. Qui ob eādem superbiam prius regium de ciuitate nomen abstulerant. At siquando: quod ꝑrarum est: probis honores deferantur: q̄d in eis aliud q̄ probitas vtentium placet. Ita fit vt nō virtutibus ex dignitate: sed ex virtute dignitatibus honor accedat.

quod imperium consulare fuerat principium libertatis: quia romani liberius viuebant sub consulibus q̄ sub regibus: qui romani etiam prius abstulerant de ciuitate nomen regiū propter eandem superbiam scilicet regum. Ex quo patet ꝙ dignitates faciūt malos deteriores. At pro sed. Si potestates ⁊ dignitates deferantur probis: quod perrarū est: quid in eis supple dignitatibus aliud placet q̄ probitas vtentiuꝫ: quasi dicat nihil ita fit id est propter hoc: si vt virtutibus nō accedat honor ex dignitate: sed honor accedit dignitatibus ex virtute vtētium eis: ⁊ ita dignitates nihil boni adijciunt ipsis bonis. ¶ Nota duplex est dignitas ⁊ potestas. quedam mundana siue temporalis que consistit in bonis temporalibus exterioribus ⁊ in tali non consistit vera felicitas cum sit respersa multis amaritudinibus. Alia est dignitas ⁊ potestas anime siue spiritualis que consistit in scientijs ⁊ virtutibus: ⁊ illa non potest superari vicio nec aduersitatibus: nec prosperitatibus in qua consistit beatitudo ⁊ beata vita. Unde Ambro. in libro de officijs dicit. Dico beatam vitam consistere in altitudine sapientie: in suauitate conscientie: ⁊ virtutis sublimitate. ¶ Nota ꝙ inscij dignitates ⁊ potestates mundanas adequant celo: quia non recte iudicant. iudicant enim secundum concupiscentiam ⁊ non secundū rei veritatem. imperiti enim velut a longe distantes a veritate speculātur prīo elēcoꝝ. ¶ Nota ꝙ mali dignitatib⁹ ⁊ ptātibus prediti pl⁹ nocēt q̄ ignis vel diluuiū aq̄rū: q̄ mali dignitate sua ⁊ ptāte extollūtur in suꝑbiā: alios iugo seruitutis opprimēdo: ꝑ quo exequēdo mouētur bella q̄bus hūanū gen⁹ plus offendit q̄ igne vel diluuio. ¶ Nota ꝙ ciuitas romana a tꝑe Romuli sui cōditoris a regib⁹ erat gubernata: postea romani exigēte malicia ⁊ suꝑbia regū ipsos deleuerūt ⁊ cōsules instituerūt: q̄ etiā ꝓpter eoruꝫ suꝑbiā fuerūt abiecti: ex quo pꝫ ꝙ dignitas ⁊ ptās maloꝝ eos efficit peiores. ¶ Nota ꝙ honor ñ debet alicui rōne dignitatis: sꝫ poti⁹ rōne v̄tutis, vñ Aristo. iiij. ethicoꝝ. Nō erit vtiq̄ dign⁹ honore prau⁹

Dignitas ⁊c

etistens. virtutis eim premium honor est. Unde sm vertitatem solus bonus est honorandus ¶ Que vero est ista vestra. Hic probat spāliter de potestate q̄ nō sit multū appetenda duabus ratiōibus. secunda ibi. Quid aūt est. ratio talis est. Illa potestas non est multū appetēda que non est magne ⁊ fortis reputationis: sed tantum est fragilis ⁊ imbecilis: sed potestas temporalis est huiusmodi: q̄ per eā homo nō potest supra anima: sed tantū supra corpus ⁊ super ea bōa que corporis sunt. humano autem corpore nihil est ibecilius. dicit ergo in littera. Que vero est ista vestra expetibilis. i. d̄siderabilis: ac preclara id est nobilis potentia. q. d. nulla est. nonne consideratis o terrena animalia: quibus videamini presidere id est preesse. si enim inter mures videres vnū pre ceteris sibi vendicantez. i. vsurpantē ius ac ptātē super alios mures. o quāto cachino. i. risu tu mouereris: q̄ derisibile esset. et talis est terrena potestas scilicet derisibilis: que non extēdit se nisi ad corpus. quid vero si tu spectes id est consideres corpus: est imbecilius. i. debilius homine: quasi diceret nihil: quos homines sepe necat id est interficit: morsus muscarū id est paruorum vermium: vel etiam introitꝰ in secreta id est i interiora homīs queq̄: reptantium id est serpentium. quo vero id est quomodo q̄s q̄ potest exercere ius aliquod in quēpiam: nisi in solum corpus: ⁊ in fortunam id est in bona fortūe que sunt infra corpus: quasi diceret nullo mō. Nū. i. nūquid tu vnq̄ imperabis libero animo: quasi diceret non. Nuz id est nunquid tu amouebis de statu proprie quietis mentez sibi firma ratione coherentem: quasi diceret non. et hoc probat exemplo cuiusdam philosophi: qui nullis tormētis ad hoc potuit compelli: vt illud faceret quod ratio naturalis iudicabat non faciendum. vnd̄ dicit. Cum quidam tyrannus putaret se adacturū id est compulsuruz suppliciis: quendam liberū virū id est philosophum vt ipse proderet conscios facte coniurationis aduersum se: ille sup. liber homo linguā momordit atq̄ abscidit: ⁊ abiecit eā ni os. i. in faciē seuiētis tyrāni. Ita illos cruciatꝰ quos tyrānꝰ putabat sup. esse materiā. i. cāz crudelitatis: vir sapiēs fecit esse materiā virtutis: q̄ hoc pro virtute nō ꝓ crudelitate ei reputatū est. No. q̄ muscula ē diminutiuū hꝰ nois musca: ⁊ ꝑ muscā dat itelligere q̄ūcq̄ aīalia venenosa vel vermes venēosos: et ab istolloco recipit auctor flor̄ cū dicit. Debilius quid sit mare quos nece mascula ꝑdit. ¶ No. q̄ animus homīs liber est ⁊ cogi nō pōt. vñ Sene. Errat siquis seruitutez credit transire in totum hominem. non enim transit in animam: quia libertas est anima.

Que vero est ista vestra expetibilis ac preclara potentia. Nonne o terrena animalia consideratis quibus presidere videamini. Nuz si inter mures videres murem aliquez ius sibi ac potestatem pre ceteris vendicantem: quanto mouereris cachinno. Quid vero si spectes corpus imbecilius homine reperire queas: quos sepe muscularum quoq̄ vel morsus vel i secreta queque reptantium necat introitus. Quo vero quisquam ius aliquod in quempiam: nisi in sosum corpus et qd̄ infra corpus fortunam loquor posset exercere. Num vnq̄ libero imperabis animo. Num mentem firma sibi ratione coherētem: de statu proprie quietis amouebis. Cum liberum quedam virum suppliciis se quidam tyrannus adacturuz putaret: vt aduersuz se facte coniurationis cōscios proderet: linguam ille momordit atq̄ abscidit: et in os seuientis tyranni eaz abiecit. Ita cruciatꝰ quos putabat tyrā

Animꝰ hoīs liber est

¶ Nota ꝙ homo liber ⁊ constans nullis supplicijs vinci potest: quia dicit Seneca in libro de clementia. magni animi proprium est placidum esse ⁊ tranquilum: ⁊ iniurias ⁊ offensiones superbie despicere. ⁊. xxviij. epistola. triginta tyranni Socratem circunsteterunt: nec potuerunt animum eius infringere. ¶ Quid autem est. Dic philosophia ponit secundam rationem que talis est. Illa potestas non esse multum appetenda per quam nemo potest facere ꝙ alius non possit in ipsum quod ipse potest in alium: sed potestas temporalis est huiusmodi sicut in littera declarat ponens duo exempla de Bresiride ⁊ Regulo. Primum exemplum est de Bresiride. Bresirides fuit filius Neptuni ex matre Libia que hospites suos mactabat. Hercules autem apud ipsum hospitatus ipsum econtra mactauit. Secundum exemplum est de Regulo. Regulus fuit consul romanus: qui cum multa bella ingessit cum carthaginensibus: multos ex eis captiuauit: sed tandem ab eis fuit captus. ex quo pz ꝙ q̄c q̄d pōt aliquis in aliū facere: pōt etiam illud ab alio pati. vnde Catho. Victorem a victo ⁊c. ⁊ per cōsequēs nulla est potētia humana que hoc intercipere nō pōt. vnde dicit in littera. Quid est qd̄ q̄sq̄ potest facere in alium qd̄ ipse nō possit sustinere ab alio: quasi diceret nihil: quod declarat. Nos accepimus id est cognouimus: Bresiridem solitum id est consuetum necare hospites: ipsum fuisse mactatum ab Hercule hospite supple suo. Aliud exemplum ponit Regulus consul romanus. plures penorum id est carthaginensium: captos bello coniecerat id est posuerat in vincula: sed mox ipse prebuit manus cathenis: victorum id est carthaginensium. nunquid igitur vllam putas supple esse eius hominis potentiam qui non possit efficere ne alter valeat in se qd̄ ipse potest in alio: quasi diceret nulla reputanda est hec potentia. ¶ Ad hec si ipsis dignitatibus. Hic probat philosophia simul de dignitatibus ⁊ potestatibus ꝙ non habent in se aliqd̄ naturale bonum propter quod sint appetēde. Secundo ostendit ꝙ idem potest cōcludi de omnibus bonis fortuitis. ibi. Postremo. Primo facit quod dictum est. Secundo ostendit falsam nominationem bonorum. ibi. De quibus etiam illud. Ratio quā intendit est ista. Illud quod in se naturaliter est bonum non potest adiungi pessimis: sed dignitates ⁊ potestates pessimis adueniunt: ergo ⁊c. Maior declaratur in littera. Unde dicit. si ipsis dignitatibus ⁊ potestatibus inesset aliquid naturalis ⁊ proprij boni: nunquam prouenirent pessimis. neq; enim aduersa id est opposita solent sibi sociari: quia natura respuit vt queq; contraria iungantur id est stant simul. cum ergo non sit dubium pessimos plerumq; fungi id est vti dignitatibus: illud etiam liquet id est manifestum est supple ipsa non esse bona sui natura que se pessimis patiantur herere. i. commanere. quod quidem dictum de dignitatibus ⁊ potestatibus dignius potest existimari de cunctis muneribus fortune: que scilicet munera vberiora id est copiosiora prouenient ad quemq; improbissimum. ¶ Nota ꝙ duplex est bonum. vnum quod conuertitur cū ente: ⁊ sic dignitates ⁊ ptātes lz malis adueniāt: tñ sunt bone. Aliud est bonum qd̄ est

nus materiam crudelitatis: vir sapiens fecit esse virtutis. Quid autem est quod in alium quisq̄ possit facere: quod sustinere ab alio ipse non possit. Bresiridem accepimus necare hospites solitum: ab hospite hercule fuisse mactatum. Regulus plures penorum bello captos in vincula coniecerat: sed mox ipse victorum cathenis manus prebuit. Vllam ne igitur eius hominis potentiam putas: qui quod ipse in alio potest: ne id in se alter valeat efficere non possit. Ad hec. Si ipsis dignitatibus ac potestatibus inesset aliquid naturalis ac proprij boni: nūq̄ pessimis prouenirent. Neq; eim sibi solent aduersa sociari natura respuit: vt contraria queq;

quedam qualitas derelicta ex bonis operationibus: ⁊ vocatur bonum moris: ⁊ sic dignitates ⁊ potestates bone non sunt: quia vtmultum pessimis sociantur. ¶ De quibus etiaꝫ. Hic philosophia probat ꝙ bona fortuita non possunt in suum effectuꝫ: ⁊ sic per consequēs habēt falsam denominationem. arguendo sic. Omne quod est naturaliter bonum efficit quod est ei proprium: ⁊ expellit contrarium: sicut fortitudo facit fortem: velocitas velocem: sed bona fortune non efficiunt quod videtur esse proprium: quia diuitie nō faciunt diuitem: cuꝫ non restringāt auariciam: nec potentia facit potentem: nec dignitas dignum: propter qđ diuitie false nominantur. vnde dicit in littera. de q̄bus bonis fortuitis. Illud etiaꝫ puto cōsideranduꝫ: ꝙ nemo dubitat illū esse fortem cui conspexerit inesse fortitudinem: ⁊ illum esse velocem cuicumq̄ inest velocitas: ⁊ sic musica quidē musicos: medicina medicos: rhetorica rhetoricos facit. natura enim cuiuscumq̄ rei agit quod sibi est proprium: ⁊ non miscetur effectibus contrariorum: ⁊ vltro id est spōte depellit que sunt aduersa id est contraria. Atqui ꝑ certe: nec opes id est diuitie: queunt id est possunt restringere inexpletam auariciaꝫ supple hominū id est insatiabileꝫ: nec potestas facit illum compotem sui id est potētem: quē viciose libidines retinēt astrictum insolubilibus cathenis id est passionibus: ⁊ dignitas collata improbis: nō modo id est nō tantum efficit dignos: sed prodit ⁊ ostentat indignos. Cur ita prouenit: ꝙ bona fortune non efficiēt quod videtur eis esse proprium. hoc est ideo: quia vos homines gaudetis res sese aliter habētes ꝙ videantur compellare id est denominare falsis nominibus: que nominationes facile redarguuntur effectu ipsarum rerum. Ideo nec ille diuitie iure possunt appellari cum non faciunt diuiteꝫ: nec illa potentia nec hec dignitas iure appellari potest. ¶ Nota ꝙ diuitie non faciunt hominem diuitem: quia non restringunt auariciam. Nam diuitie secundum Senecam. xxvij epistola sunt composita paupertas in lege nature. talis autem paupertas secundum legem nature excludit auariciam que insatiabilis est. Natura enim paucis contenta est. ¶ Nota ꝙ dignitas improborum ostentat improbos: quia improbus tanto a pluribus cognoscitur: quanto magis innotescit eius vicium. ⁊ quanto aliquis in maiori dignitate constituitur: tāto plus cognoscitur. propter quod dicit

iungantur. Ita cuꝫ pessimos plerumqꝫ dignitatibus fungi dubiuꝫ non sit. Illud etiaꝫ liquet natura sui bona non esse: que se pessimis herere patiantur. Quod quidem de cunctis fortune muneribus dignius estimari potest: que ad improbissimuꝫ quemq̄ vberiora ꝑueniūt. De quibus etiam illud consideranduꝫ puto: ꝙ nemo dubitat esse fortem: cui fortitudinem inesse conspexerit. Et cuicumqꝫ velocitas adest: manifestuꝫ est esse velocem. Sic musica quidem musicos: medicina medicos: rhetorica rhetores facit. Agit enim cuiuscumqꝫ rei natura quod proprium est: nec contrarium rerum miscetur effectibus: sꝫ vltro que sunt aduersa đpellit. Atqui nec opes inexpletā restrīgere auariciā queūt. Nec potestas sui compotem facit: quem viciose libidines insolubilibus astrictum retinēt cathenis. Et collata improbis dignitas non modo non efficit dignos: sed prodit potius et ostentat indignos. Cur ita prouenit. Gaudetis enim sese res aliter habentes falsis cōpellare noībus: que facile rerum ipsaruꝫ redarguūtur effectu.

Seneca in prouerbijs. loco ignominie apud indignum est dignitas. ¶ Postremo idem de tota fortuna. Dic philosophia ostendit idem posse concludi de omnibus bonis fortuitis dicēs. Postremo id est finaliter licet hoc idem concludere de tota fortuna in qua nihil est expetendū id est desiderandum: nihil inesse sibi nature bonitatis id est naturalis: manifestum est q̄ fortuna nō adiungit semper bonis: et quibus fuerit adiuncta bonos non efficit. ¶ Nota q̄ bonum fortune non facit, illud bonū cui additur. sicut musica facit musicum: ⁊ virtus facit virtuosum: sed quia fortuna malos quibus aduenit non facit bonos patz: qz nihil nature bonitatis sibi inest. qualiter autem mali malos faciunt bonos: patebit in quarto huius prosa sexta.

Itaqz nec ille diuitie: nec illa potētia: nec hec dignitas iure appellari potest. Postremo idez de tota fortuna concludere licet: in qua nihil expetendum: nihil nature bonitatis inesse manifestuz est. Que nec se bonis semper adiungit: et bonos quib⁹ fuerit adiuncta non efficit.

Metrum sextum secundi libri.

Quimus quantas dederit ruinas. Istud est sextum metruz huius secundi quod dicitur saphicum ab inuentore: trochaicum a pede predominante: ⁊ est vndecasyllabū: quilibet versus continet duodecim syllabas. ⁊ est acbataleticū: quia nulla syllaba deficit ad perfectionē metri. In quo metro philosophia declarat per exempluz q̄ dignitates ⁊ potestates malis aduenientes non faciunt eos bonos: et hoc declarat per Neronez qui quanto fuit potentior: : tanto fuit peior. tangit autem philosophia quatuor malicias Neronis in hoc metro. Prima est q̄ vrbem romanaz incendit que arsit septē diebus et septem noctibus: vt spectaculo illius ignis cognosceret quantus olim fuerat ignis quando troia capta arserat. Secundum malum est q̄ Nero magnam partem senatus sine vlla causa interfecit. Tertium est q̄ proprium fratrem occidit vt solus securius regnaret. Quartum est q̄ matrem suam occidi fecit: vt videret locum ventris in quo iacuit. Dicit ergo in litera. Nouimus quantas ruinas id est quāta pericula dederit Nero vrbe supple romana: flammata id est incensa: q̄ pro ⁊ cesis id est occisis: patribus id est senatoribus: qui Nero quondaz ferus id est crudelis interempto fratre: ipse etiam maduit cruore matris effuso. et designans eius crudelitatem circa matrez dicit. et ipse Nero pererrans. i. per transiens visum gelidum corpus. i. infrigidatū corpus matris: nō tinxit. i. madidauit: ora. i. faciem suam lachrymis: sed ipse potuit sine oib⁹ lachrymis esse censor. i. iudex extincti decoris. i. interfecte matris que decora fuit. tñ hic Nero licet ita malus esset: regebat ppl'os sceptro. i. imperiali dignitate. hos inq̄ ppl'os rexit quos

Quimus quantas dederit ruinas
Urbe flammata patribusqz cesis
Fratre qui quōdā ferus iterēpto
Matris effuso maduit cruore
Corpus et visu gelidum pererrans
Ora non tinxit lachrymis: sed esse
Censor extincti potuit decoris.
Hic tamē sceptro populos regebat.
Quos videt condēs radios sub vndas
Phebus extremo veniēs ab ortu:
Quos premunt septem gelidi triones

phebus id est sol veniens ab ortu extremo videt: condens id est abscōdens radios supple suos sub vndas: ⁊ loquitur more poetarū: quasi diceret ipse rexit omnes populos qui erant ab ortu solis vsq; ad occasum. Similiter regebat populos: quos septētriones id est septem stelle q̄ sunt in maiori vrsa q̄ dicūtur triones. q. teriones: q: illam plagā terunt: gelidi id est frigidi premunt. plaga enim septentrionalis frigida est: quasi diceret regebat omnes populos aq̄lonares. Et istos r̄gebat quos nothus id est ille vētus collateralis austro violentus existēs: torret id est cremat: sicco estu id est calore: nothus inq̄ recoquens ardentes arenas id est calidas. venit enim ille ventus a torrida çona: ⁊ ideo calidus est: quasi diceret. Nero etiam regebat omnes populos australes: ⁊ sic ꝑ quattuor plagas mundi ostendit eius potestatez super omnes populos: tandem celsa potestas id est magna. non valuit vertere id est mutare rabiem id est crudelitatez praui Neronis

Quos nothus sicco violentus estu
Torret ardentes recoquens arenas:
Celsa non tandem valuit potestas
Vertere praui rabiem neronis.
Heu grauem sortem quotiens iniquus
Additur seuo gladius veneno.

## Prosa septima secundi libri.

Cum ego scis inquam ipsa nimium nobis ambitionē mortaliuz rerū fuisse dominatā. Sed materiā gerēdis rebus optauimus: quo ne vir

Et tunc deplangit coniunctionē magne potestatis cuz magna malicia: quia multa mala ex ea proueniunt dicens. Heu supple dico esse grauem sortem id est euentuz: quotiens iniquus gladius id est iniqua potestas: additur seuo veneno id est venenose crudelitati. ¶ Nota secundum Aristotelem quinto ethicorum. Principatus viruz ostendit. malicia eniz hominis vel probitas ostēditur principatu: sicut patet in Nerone: cuius malicia ⁊ crudelitas in imperio sue dignitatis apparuit. propter quod dicit idem Aristoteles. Seuissima est iniusticia habens arma. ⁊ septimo ethicorum dicit etiam. Simile est igitur comparare iniusticiaz homini iniusto. est enim deterior bestia decies milies. plura enim vtiq; mala faciet homo malus q̄ bestia. ¶ Nota preter hec mala Neronis que tanguntur in littera multo plura ipse perpetrauit. naz dicit philosophia tertio huius quinta prosa. Nero Senecam familiarem suum preceptorem ad eligende mortis coegit arbitrium. ⁊ quia Nero fuit crudelissimus hominum: ideo Seneca scripsit quēdam libellum ad ipsum qui intitulatur liber de clementia: in quo hortatur eum ad fugam crudelitatis: ⁊ ad vsuz clemētie: qui liber sic incipit. Tibi scribere d̄ clemētia Nero cesar institui.

¶ Prosa septima secundi libri.

Cum ego scis inq̄. Hic incipit. vij. prosa huius secūdi in qua ostendit philosophia q̄ gloria mundana non sit multum appetenda. ⁊ primo inducit Boeti. confitentem se non desiderasse multū predicta id est potestates ⁊ dignitates: nisi inq̄tum sunt materia rerum gerendarum. secūdo ostendit phia q̄ cuz gloria sit perexile bonū nō sit multū appetenda. secuda ibi. at illa. d. prio. tū pro tūc: ego Boe. inq̄. i. dixi: o phia tu scis ābitionē. i. cupiditatē rer̄ mortaliū: de q̄bus dixisti nimiū fuisse nobis dominatā: sed bene optauim⁹ materiam rebus gerendis quo ne pro vt non consenesceret in nobis virtus tacita. i. nō excitata. ¶ Nota q̄ in sapiente nō dñatur cupiditas rer̄ tpaliuz: q: phia inducit mobilis affluētie cōtēptū: ex libro de plātis. Et Socrates cū athenis ad studiū ꝑgeret magnū pōd⁹ auri i mare ꝓiecit di. mergā te ne mergar a te. ¶ No. q̄ materia rer̄ gerēdar̄ sr̄ ista sine q̄b⁹ res cōuēient̄ geri n̄ pn̄t. ⁊ sr̄ tria: sapia: auctoritas ⁊ potētia. sine. n. sapia cōueniēter n̄ gerit̄ vt de se pz. res ēt gerēda auctate ornat̄: q: hō auctētic⁹ libēti⁹ audit̄ ⁊ facili⁹ ei credit̄. potētia v̄o

mali deprimuntur ⁊ boni extolluntur. hanc materiam Boe. desiderans potentiaꝫ ⁊ dignitates quesiuit. ¶ Nota ꝙ Boe. materiā dignitatis ⁊ potestatis ideo quesiuit: ne virtus sua tacita consenesceret. i. ne dum ipe ad senectutem perueniret virtus sua tacita esset: dum nullus aliquid loqueretur de laude sue virtutis vel scriberet. Tunc enim virtus tacita consenescit: quando nō agit aliquis vnde alij loquantur. ⁊ dum nihil scribitur de suis beneficijs: q: virtus habentem perficit. opus eniꝫ laudabile reddit. ¶ At illa atqui hoc vnum est. Dic phia ostendit gloriam mundanaꝫ nō esse appetendam. et prio premittit: ꝙ cupido glorie multos allicit. secundo probat eam esse exilem et vacuaꝫ ibi. Omnem terre ambitum. prio dicit sic. ex quo Boe. qñq; quesiuit dignitates ⁊ potestates ne virtus sua tacita consenesceret: videtur ꝙ ista propter laudem et gloriam quesiuit: ideo dicit phia. hoc vnum est. s. cupido glorie ⁊ fama optimoruꝫ meritoꝝ in rempublicam: que fama possit allicere mētes supple hoim: natura quidem prestantes. i. excellentes: sed nonduꝫ. i. nō adhuc perductas: ad extremam manū perfectione virtutuꝫ. i. ad summā perfectionē: que fama ⁊ gloria q̄ sit exilis et vacua: totius ponderis. i. preciositatis: sic cōsidera ex sequētibus. ¶ Nota ꝙ cupido vane glorie multos allicit et delectat. vnde Sene. lxi. episto. dicit. Illud precipue nos impedit ꝙ cito nobis placet si inuenimus qui nos bonos viros dicant: qui prudentes: qui sanctos: non sum⁹ modica laudatione contenti. quicquid in nos adulatio sine pudore congesserit: tanq̄ debitū putamus: optimos esse nos sapientissimosque affirmantiaus assentimus: cum sciamus nos sepe multa mentiri: adeo quoq; indulgemus nobis vt laudari velimus in id cui contrarium maxime facimus. ¶ Nota ꝙ duplex est bonitas mentis: scꝫ naturalis ⁊ acquisita. Naturalis bonitas est ſm quā aliq̄ naturaliter sunt pij: mansueti: sobrij ⁊ casti: sed hec bonitas si non emendatur virtute ⁊ sapientia cito extollit hoiem ad inanē gloriā. Alia est bonitas acquisita exercitio virtutum ⁊ sciarum que non permittit hoiem extolli vana gloria: q: sapiens fructū ponit in conscientia: stultus aūt in laude humana ſm Macrobiū: ideo dicit phia ꝙ cupido glorie allicit mentes natura prestantes nōduꝫ adhuc virtutibus perfectas. ¶ No. ꝙ fama ē frequens laus optimoꝝ meritoꝝ in rempublicam: sed gloria est clara noticia cum laude. vel gloria est late patens preconiū. i. ānunciatio. Oēm terre ambitū. Dic phia oñdit gloriaꝫ mūdanam esse exilem nec multuꝫ appetenda. primo ostendit hoc ex parte spacij in quo dilatat. scdo ostendit hoc ex diuersitate nationum ad quas nō diuulgatur. tertio ostēdit ideꝫ ex diuersitate moꝝ propter quos de eodem contrarie iudicatur. quarto ostendit ideꝫ ex breuitate durationis propter quā non perpetuatur. secunda ibi. Adde ꝙ hoc. tertia ibi. quid qd̄ diuersaꝝ quarta ibi. Sed q̄ multos. Prio intendit talē rōem. Latitudo fame consistit in latitudie t̄re sup quā dilatat: sed terra non est lata super quā fit dilatatio fame sicut declarai in littera: g̃ fama late nō potest diffundi ⁊ per ꝯsis est exilis nec multū appetēda. vnd̄ dicit in littera. Tu accepisti. i. didicisti astrologicis demōstratōib⁹ oēm ābitū terre. i. spaciū terre: obtinere. i. hīe rōem pūcti ad spaciū celi i. ad magnitudinē celi: qd̄ magis exponēs. d. vt si sup. terra cōferat

tus tacita cōsenesceret. Philosophia. At illa. atqui hoc vnum est quod prestantes quidem natura mētes: sꝫ nondū ad extremam manuꝫ virtutuꝫ perfectione perductas allicere possit glorie scꝫ cupido ⁊ optimorum in rempublicam fama meritoruꝫ Que q̄ sit exilis et toti⁹ ponderis vacua sic considera. Omnem terre ambitum sicuti astrologicis demonstrationibus accepisti: ad celi spacium puncti constat obtinere rationeꝫ: id est vt si ad celestis globi magnitudinem conferatur: nihil spacii prorsus habere iudicetur.

Cupido glorie vane

bonitas mentis ⁊c

teratura: aliqui in mercantia ⁊ sic de aliis: illa cura procedit diuerso quidē calle id est diuerso modo viuendi: sed tamen nititur peruenire ad vnum finem beatitudinis. Illud autem ad quod homines nituntur peruenire est tale bonum quo quis adepto nihil vlterius queat desiderare. quod. s. bonum est summum omnium bonorum continens intra se cuncta bona: cui. s. bono: siquid id est aliquid: abforet. i. deesset non posset esse summum bonum: quia relinqueretur aliquid extrinsecus id est extra illud bonum quod posset optari. Ex quibus dictis philosophia cōcludit diffinitionem beatitudinis d. Liquet id est manifestū est beatitudinē esse statum perfectum cōgregatōne omniū bonorū. ¶ Nota cognitio vltimi finis magnuz incrementum confert ad vitā primo ethicorum: quia ſm exigentiā finis cetera moderātur scdm Linconiensem primo posteriorum: iō philosophia tradit nobis cognitionem vltimi finis scilicet beatitudinis. ¶ Nota finis est magis eligentibus his que sunt propter finem: vt patet per Aristotelem. iij. ethicorum. Idem ibidem. cuius finis est bonus ipsuz quoqꝫ bonū.

Id autem est bonuz quo quis adepto nihil vlterius desiderare queat: quod quidē est omnium summum bonoruz cunctaqꝫ intra se continens bona. Cui siquid abforet summum bonum esse non posset: quoniaz relinqueretur extrinsecus quod posset optari. Liquet igitur esse beatitudinē statuz bonorū omniū congregatione perfectū. Hunc vti diximꝰ diuerso tramite mortales oēs conātur adipisci. Est eiz mētibꝰ hoiz veri bōi naturaliter iserta cupidi

Item omnia denominā̄da sunt a fine. Unde poeta. Si finis bonus est totū laudabile phas est. ¶ Nota finis in agibilibus habet se sicut principiuz in specialibus. sicut ergo intellectus noster naturaliter adheret primis principijs: sic appetitus noster naturaliter adheret vltimo fini qui est summum bonū. ¶ Nota ꝙ duplex est finis scz finis quo: ⁊ finis gratia cuius omnia fiunt. Ille est enim vnus sicut deus vel beatitudo. ⁊ iste finis ab omnibus sub vna rōne inquantum bonum satians appetitum hominis. finis autez quo est operatio qua homines nituntur adipisci finem gratia cuius: ⁊ talis finis non est vnus sicut non est vna operatio oim: ideo dicit philosophia: ꝙ cura hominum procedit diuerso calle ad consequendum vltimuz finem. ¶ Nota illud ad quod omnes homines nituntur peruenire est bonum: qꝛ bonum est qđ omnia appetunt primo ethicorum. ¶ Nota quia beatitudo habet rationem vltimi finis: ipa est tale bonum quo adepto nihil vlterius consideratur. nam de ratione finis est esse vltimuz: ⁊ vltra illud quod est vltimum nihil est: ergo etiam oportet illud esse summū bonū. tale aūt est beatitudo. ¶ Nota qꝛ beatitudo est bonū optimū pulcherrimū ⁊ delectabilissimū: iō beatitudo est status perfectus cōgregatōne oim bonorū continens in se omnia bona. si eim aliqđ bonū sibi deficeret: non esset summū bonū. ¶ Hunc vti diximus. In ista parte ostendit phia ꝙ homines a vera felicitate diuersis erroribꝰ adducūtur dicēs. Hunc scz statum beatitudis omnes mortales sicut diximus conātur adipisci diuerso tramite. i. diuersa via: qꝛ cupiditas i. appetitus veri boni naturaliter est iserta mētibꝰ hoim: sed beatitudo est verꝝ bonū: qꝛ summū bonū: sz deuius error adducit hoies ad falsa bona. ¶ Nota ꝙ btitudo aggregat in se oia bona: ideo eius cupiditas naturaliter est hoibus inserta. Ubi tñ sciendū ꝙ beatitudiem cōtinere omnia bona pōt intelligi duplr. Uno mō formalr nō sic cōtinet oia bōa: qꝛ felicitas formaliter ⁊ essentialiter pōt esse sine bonis exterioribꝰ: vt sine diuitijs ⁊ ceteris bōis. Alio mō intelligitur cōtinere ea ṽtualiter: ita ꝙ btitudo excellat omnia bona: ⁊ sic est vera. ¶ Nō. ꝙ phia hic vtit quadaz figura q̄ dr epytheton dicēdo deuꝰ error. nullus enim error est q̄ non sit deuius. vñ poeta ſſiet epytheton: si dicas tristia bella. ¶ Nota cum mens hūana naturaliter desideret verum bonum nunqꝫ tendit in falsum bonum: nisi inquātū ipsum estimatur es-

se verum bonum. talis autem estimatio est deuius error: ergo deuius error ad falsa abducit ¶ Quorum quidem alij summũ esse bonũ. Hic phia ponit diuersas opiniones circa felicitatẽ ostendens quomodo homines per errorem ⁊ falsa bona ducebantur. secũdo ostendit q̃ in talib̃ bonis posuerunt beatitudinem. tertio ostendit q̃ naturaliter eorũ intentio tendebat ad veram beatitudinem secunda ibi. Quibus omnibus. tertia ibi. Sed ad homin studia. Primo ostendit quomodo homines errabant circa falsa bona statuendo in eis finem. secundo ostendit quomodo quidam fines adiuicem permutabant tertio alia bona fortuita reducit ad predicta. secũda ibi. sunt etiam tertia ibi. In his igitur. Primo dicit. Quorũ supple homin qui dicuntur ad falsa bona: alij credentes summum bonum esse nihilo indigere: ipsi elaborãt vt affluant. i. abundent diuitijs ponẽdo omnem sufficientiam esse in diuitijs: ⁊ in hoc errabant. Alij vero summũ bonum iudicantes quod dignissimũ est veneratione id est honore: tales adeptis honoribus nituntur esse reuerendi suis ciuibus: putãtes in honoribus tẽporalibus veram dignitatem consistere: ⁊ in hoc errabant. Sunt alij qui summũ bonum constituũt in summa potentia. hi conantur regnare vel adhererẽ regnantib̃ tanq̃ cõsiliarij vel familiares eorũ per hoc putantes se esse vere potentes: ⁊ in hoc decipiunt. sed quibus claritas. i. fama videtur esse optimum bonũ: illi festinant propagare. i. dilatare gloriosum nomẽ. i. pulchrã famam: artibus. i. studijs belli sicut viri militares: vel artibus pacis sicut sapientes mundi credentes se per hoc acquirere gloriam immortalem ⁊ decipiunt per hoc. Plurimi vero. i. multi: metiuntur. i. mensurant fructũ boni gaudio ⁊ leticia exterior: hi putant. i. estimant felicissimũ defluere. i. abundare: voluptate i. delectatione corporali existimantes in hac consistere verum gaudiũ q̃ est erroneũ. ¶ Nota qui q̃ sunt in quibus errantes a vero bono posuerunt cõsistere verã felicitatem. s. diuitie: honores potestates: gloria ⁊ voluptates. Quorum sufficientia sic accipitur. cũ finis habeat rõem boni: fm diuersitatem boni diuersificatur finis. Est aũt triplex bonum: vtile: delectabile: ⁊ bonum honestum. et illi qui intendebant bono vtili posuerũt felicitatem in diuitijs: sed qui intẽdebant bono delectabili ponebãt voluptates: et in illis posuerunt finẽ et felicitatẽ. qui aũt intendebant bono honesto: isti diuersificabãt: q: bonũ honestum ⁊ bonum secundum rõem. Ratio autem est duplex: scz speculatiua ⁊ practica. de bono honesto q̃ consistit in speculatione non loquebantur isti: q: tale bonum est latens. ipsi aũt posuerunt felicitatem in bono honesto q̃ est bonum rationis practice. Tale ergo bonum vel cõsistit in opinione homin: ⁊ sic est gloria vel consistit in exercitõ actus realis: ⁊ hoc est dupliciter. vel cũ consistit in exercitõ ppriũ actus circa alios: ⁊ sic est prãs. vel consistit in exercitio actus aliorũ circa se: ⁊ sic est honor. ¶ Sunt etiã qui horũ fines. In ista parte ostendit qũo quidã istorũ fines iã dictas pmutabãt. ⁊. d. Sũt etiã aliqui q̃ fines: q̃ p ⁊ causas finales pmutãt: alterutro. i. adiuicẽ desiderãtes vnũ ppẽ alterũ. nam quidam desiderant diuitias ⁊ voluptates: ob. i. propter potẽtiã:

tas: sed ad falsa deuius error adducit.
Quorum quidem alii summum esse bonum nihilo indigere credẽtes: vt diuitiis affluant elaborant. Alii vero bonum q̃d sit dignissimum veneratione iudicantes adeptis honoribus reuerendi ciuibus suis esse nituntur. Sunt qui summum bonum in summa potentia esse constituãt: hii vel regnare ipsi volunt: vel regnantibus adherere conantur. At quidus optimum quidem claritas videtur: hi vel belli vel pacis artibus gloriosum nomen propagare festinant. Plurimi vero boni fructum gaudio leticia que metiuntur: hi felicissimum putant voluptate defluere.
Sunt etiã qui horũ fines causasq̃ al-

⁊ sunt alij qui potentiam petunt: q̄ pro ⁊ desiderant causa pecunie. i. propter diuitias: vel cā proferendi nominis id est causa dilatatōnis fame. ¶ Nota scd̄m Aristo. iij. ethicorū. Qualis vnusquiq̄ est: talis finis videtur ei. s̄m ergo diuersaz dispositōem hominū diuersi fines eligū tur propter aliquez finem per quod aliquis videtur posse consequi illuz finem. Cuz igitur po nentes finem esse diuitias magis putabāt se diuitias consequi per potentiā: ipsi appetebant propter diuitias: ⁊ econuerso qui bus videbatur se posse conseq̄ po tentiam per diuitias: ipsi appete bant diuitias propter potentiaz ⁊ sic permutationē istorum finiuz adinuicem. ¶ In his igitur cete risq̄ talibus. Hic philosophia re ducit omnia bona fortune in qui bus ponūt homīes felicitatez ad predicta quinq̄. ⁊ di. In his igi tur quinq̄ bonis ⁊ ceteris talib⁹ s. reducibilib⁹ ad p̄dicta v̄satur i tentio actuū humanorum ⁊ voto rum. i. desideriorum: ⁊ manifestat exēplariter: q̄ alia reducātur ad ipsa di. veluti nobilitas: q̄ pro ⁊ fauor popularis que videtur cō parare: quandā claritatem. i. glo riam: ideo supple reducuntur ad gloriaz. vxor autem: ac pro ⁊: libe ri. i. filij sunt que appetuntur gra tia iocunditatis. i. causa volupta tis: ideo ad voluptatem reducun tur: sed sanctissimum genus ami corum non numeratur inter bona fortune: sed numeratur in virtute. reliquum vero quod cadit sub ex exteriori fortuna: illud assumitur:

terutro permutant: vt qui diuitias ob po tentiam voluptatesq̄ desiderant: vel qui potentiam seu pecunie causa seu proferen di nominis petūt. In his igitur ceterisq̄ talibus humanorū actuū votorumq̄ ver satur intētio: veluti nobilitas fauorq̄ po pularis: que videntur quandam claritudi nem cōparare. Vxor ac liberi qui iocun ditatis gratia petuntur: amicorū vero q̄d sanctissimum quidez genus est non in for tuna: sed in virtute nūeratur: reliquū vero vel potētie cā vel delectatōis assumitur. Iam vero corporis bona promptum est: vt ad superiora referantur. Robur enim magnitudoq̄ vidētur prestare valentiā: pulchritudo atque velocitas celebritatē: salubritas voluptatem. Quibus om nibus solam beatitudinem desiderare li

vel causa potentie sicut est administratio officiorum: vel assumitur causa delectationis sicut exercitium ludorum. sed bona corporis promptum est vt referantur. i. reducantur etiaz ad su periora bona: quia robur ⁊ magnitudo que sunt signa fortitudinis corporalis videntur pre stare valentiam. i. potentiam: ⁊ sic ad potentiaz reducuntur: sic pulchritudo ⁊ velocitas vidē tur prestare celebritatem. i. gloriā ad quā reducuntur. salubritas aūt. i. sanitas videtur con ferre voluptatē ad quā reducitur: ⁊ sic omnia bona fortune reducuntur ad predicta. ¶ Nota indigentia alicuius boni auget desiderium illius boni: ideo secundū variam indigentiā ho minū variatur eorū desideriū. vnde Aristoteles. i. ethicorū dicit q̄ egrotans sanitatem: men dicus diuitias: conseq̄ autē sibijpsis ignorantie eos qui magnū aliquod habent supra se ad mirātur. s̄m ergo dispositionem hominum felicitas ponebatur in diuersis bonis fortune: que tamen sub predictis bonis quinq̄ comprehenduntur. ¶ Nota licet amici afferant iocundita tem: tamen non sunt computandi inter bona fortune. cum enim amicitia sit virtus oportet q̄ amici virtute acquirantur. quod autem virtute acquiritur per virtutem conseruatur. ⁊ tale non potest esse bonum fortuituz. Item amicitia fundata super bono honesto est sanctissima ⁊ in virtute numeratur. sed amicitia fundata super bono vtili ⁊ delectabili fortuita est. ¶ Qui bus omnibus solam beatitudinem. In ista parte probat philosophia q̄ omnes predicti que rebant beatitudinem in his bonis: ⁊ dicit. Omnibus desiderātibus predicta bona liquet id

est manifestū est ipos desiderare beatitudinē. nam illud bonū qđ quisq; petit.i. desiderat pre ceteris illud iudicat eē summū bonū: sed nos diffinim⁹ summū bonū esse beatitudinē: quare statum illū quē quisq; desiderat pre ceteris iudicat esse statum beatū.i. beatitudinē: ⁊ tunc re colligit bona falsa felicitatis.d. Hēs igit̄ añ oculos tuos ꝓpositaꝫ formā hūane felicitatis.s. opes: honores: potentiā: gloriā: voluptates: que sola considerās Epicurus ꝯstituit voluptatem esse summū bonū: eo ꝙ oīa cetera videant̄ auferre.i. dare aīmo iocūditatem. ¶ Nota ꝙ oīs appetentes predicta bona appetebant beatitudinē. Nam quicq̄d aliquis eligit pre aliis hoc videt̄ esse summū bonū: sed aliquis pre ceteris eligit diuitias: ergo diuitie videbātur sibi eē sūmū bonū: aliquis honores: ⁊ sic de aliis: ergo oēs predicti appetebant beatitudinez. ¶ Nota ꝙ predicta bona videntur conferre aliquam iocunditatem: cū oīa videntur esse ordinata ad iocunditatem tanq̄ ad finem: ⁊ qꝛ in voluptatibus ē maxima iocunditas: ideo Epicuri posuerūt felicitatē consistere in voluptatibus. ¶ Sed ad hoīm. Hic oñdit phīa ꝙ licet homines ī predicto modo errant: tñ eoꝝ intentio sp̄ fertur ad verā beatitudinem. scđo ostendit vnde hoc ꝓueniat ibi. In quo quanta sit. Prīo premittit intentum suum. secūdo declarat ibi. Non enim. primo.d. Ego reuertor ad studia.i. ad intētiones hoīm: quoꝝ animus: ⁊ si ꝓ q̄uis memoria caligante.i. obscurata sup. desiderio presentiū bonorum: tñ semper repetit ꝑ naturalem inclinationē summū bonū: sed ignorat quomō illud repetat velut ebrius: qui ignorat quo tramite i qua via reuertatur domū. ¶ Nota sicut ebri⁹ scit se habere domum: sed propter defectum rationis nescit quomodo ad eam redeat: sic homines aliquo modo in generali sciunt ⁊ cognoscunt summum bonū et naturaliter inclinantur ad illud tanquā ad principium a quo processerunt: sed inebriati amore temporalium bonorum nesciunt quomodo ad id perueniant. ¶ Num enim videntur errare. Hic declarat intentum suum scilicet ꝙ omnes querentes predita bona querebant aliquid quod proprie cōuenit summo bono. Et primo ostendit hoc de diuitiis.d. Num pro nūquid hi videntur errare per intentionem a summo bono q̄ nitūtur nihilo indigere ratione cuius querebant diuitias.q.d. non errant a summo bono: quia nihilo indigere maxime spectat ad summuꝫ bonum. vnde dicit. Atqui pro certe non est aliud quod eque possit perficere beatitudinē q̄ status copiosus omniū bonoꝝ. nec alieni egens: sed sibiipsi sufficiēs. Tum oñdit idem de bonorib⁹.d. Nū ṽo labūtur sup. ab intentōe sūmi boni: q̄ illud qđ est optimū putāt id ēt esse dignissimū cultu reuerētie.i. honoris. ⁊ rñdet. Minime sup. labūt̄. neq; n. ē. vile. ⁊ cō

quet. Nam ꝙ quisq; pre ceteris petit: id summum esse iudicat bonum. Sed summum bonum beatitudinē esse diffinim⁹ Quare beatū iudicat eē statū: quē pre ceteris quisq; desiderat. hēs igitur añ oculos ꝓpositā fore formā felicitatis hūane opes: honores: potētiā: gl̄iaꝫ: voluptates que quidē sola considerās Epicurus cōsequēter sibi sūmū bonū voluptatē eē cōstituit: ꝙ cetera oīa iocūditatē aīo videantur afferre. Sꝫ ad hoīm studia reuertar: quorū aīm⁹ ⁊ si caligante mēoria: tñ bonū sūmū repetit: sꝫ velut ebrius domū quo tramite reuertat̄ ignorat. Nū eiꝫ vidētur errare hi qui nihilo indigere nitūtur. Atqui nō ē aliud qđ eque perficere beatitudinē possit q̄ copiosus bonorum oīuꝫ status: nec alieni egēs: sꝫ sibiip̄i sufficiēs. Num vero labuntur hi qui quod sit optimū id ēt reuerētie cultu dignissimum putant. Minime. neq; n. vile quoddā cō

temnendum quod intentio omnium mortalium laborat adipisci: ⁊ sic querẽtes honorem quẽ rebant aliquid quod est in summo bono: eo ꝙ summum bonum est honorabilissimum. Tunc ostendit idem de potentia dicens. An pro nunquid in bonis. i. inter bona non est numeranda potentia: quasi dicat sic. quid igitur est dicendum nisi ꝙ querentes potentiam etiam tendũt ad summũ bonũ: cuꝫ summũ bonum sit potentissimum. non enim istud est estimãdum imbecillum: ⁊ sine viribus. i. sine potẽtia: quod cõstat esse prestantius id est potentius omnibus rebus. Tũc ostendit idem de gloria dicens. An claritudo id est gloria est nihilipẽdenda: ita vt querentes gloriam non tendunt ad summum bonuꝫ q. d. nõ est nihilipendenda: sed nequit id est nõ potest sequestrari. i. negari quin omne quod est excellentissimum: illud etiam videatur esse clarissimũ id est gloriosissimũ Tunc ostendit idem de voluptate dicẽs. Quid attinet dicere: q̃si diceret de se manifestum est beatitudinem non esse anxiam ⁊ tristeꝫ nec subiectam doloribus ⁊ modestijs: sed supple magis est plena voluptate: ⁊ per consequens querentes voluptatem ⁊ leticiaꝫ tendunt ad summum bonum. ꝙ aũt iocunditas ⁊ voluptas includãtur in summo bono probatur per locum a minori dicens. Quoniaꝫ in minimis rebus scilicet appetẽdis patet ꝙ aliquid appetitur qđ delectat haberi ⁊ ipso frui: hec igitur sunt que homines volunt adipisci ⁊ ea de causa desiderãt. i. cupiunt vel querunt diuitias: dignitates: regna: gloriã ⁊ voluptates quia per hec credunt sibi esse venturam sufficientiam: reuerentiam: potentiam: celebritateꝫ ⁊ leticiaꝫ. bonũ igitur est quod homines appetunt diuersis studijs. i. intentionibus. ¶ Nota ꝙ ex tota ista littera potest formari vna ratio. s. ꝙ querẽtes predicta bona querũt beatitudinẽ. ratio est ista. Illi tendunt ad beatitudinem qui tendunt ad sufficientiam: reuerentiã: potentiam: celebritatem ⁊ leticiam: sed appetentes predicta bona. s. diuitias dignitates: regna: gloriã ⁊ voluptates tendunt ad sufficientiam: reuerentiam: ⁊ sic de alijs: ergo tendunt ad beatitudinem. Maior est nota: q: sufficiẽtia reuerẽtia sunt cõditiões beatitudis q̃ pfectissime reperiũtur in beatitudine. querentes ergo proprietates btitudinis tẽdunt ad beatitudiem. minor pꝫ ex lr̃a. ¶ No. ꝙ q̃rentes diuitias ꝓpter sufficiẽtiaꝫ ferebãtur in summũ bonũ naturali appetitu: q: i summo bono ẽ v̄a sufficiẽtia: ⁊ in h̄ nõ errabãt: sꝫ q: sufficientia q̃ ẽ nulli⁹ idigẽtie putabãt sibi ꝓuenire ꝑ diuitias: i h̄ errabãt. silr̃ q̃rentes dignitates ꝓpt̃ reuerẽtiã naturali mẽtione ferebãtur in btitudieꝫ eo ꝙ btitudo ẽ reuerẽdissima. sꝫ q: summã reuerẽtiã putabãt sibi subuenire per dignitates tꝑales: iõ in hoc errabãt: ⁊ sic intelligit̃ de alijs. ¶ In quo quãta sit. Hic ostẽdit phia vnde hoc proueniat ꝙ q̃tũcunq̃ intẽtio hoim sit diuersa: tamen intendit in beatitudinem: ⁊ ostendit ꝙ hoc prouenit ex vi naturalis inclinationis que nulli aufer-

temnendumqꝫ est quod adipisci omniuꝫ fere mortaliuꝫ laborat intentio. An in bonis non est numeranda potentia. quid igitur. Num imbecillum ac sine viribus estimandũ est quod omnibus rebus constat esse prestãtius. An claritudo nihilipendẽda est. Sed sequestrari nequit quãdo omne quod excellentissimum sit: id etiam videtur esse clarissimum. Nam non esse anxiam tristemqꝫ beatitudinem: nec doloribus molestijsqꝫ subiectaꝫ: quid attinet dicere: quoniaꝫ ĩ minimis quoqꝫ rebus id appetitur quod habere fruiqꝫ delectat. Atqui hec sunt que adipisci homines volunt eaqꝫ de causa diuitias: dignitates: regna: gloriam: voluptatesqꝫ desiderant: ꝙ per hec sibi sufficientiam: reuerẽtiã: potentiã: celebritatẽ: leticiã credũt eẽ venturã. Bonũ ẽ igit̃ qđ taꝫ diuersis studijs hoĩes petũt. In q⁹ quãta sit nature vis facile

ri potest. ⁊ di. In quo. ſ. appetitu boni vel beatitudinis facile monſtratur quanta ſit vis natu re: cuꝫ licet ſint varie et diſſidentes. i. diſcordantes ſnie boim de ſummo bono: tñ boies cõ ſentiunt. i. concordant: in diligendo. i. diligenter appetendo: finẽ boni. i. beatitudinẽ. ¶ No. q̃ fine exñte vno poſſunt diuerſificari actiones tendentes in illum finem. ſi enim propter di uerſitatem actionum eſſet diuerſitas finiuum: non eſſet deuenire ad vnum finẽ: ſed procedef tur in infinitũ i finibus: qõ patꝫ falſum ex. ij. metra. ⁊ hoc verum de fine gratia cuius oia fiunt: q̃ ille eſt vnus: ⁊ non de fine quo vt prius viſum eſt. licet ergo ſint diuerſe ſnie ⁊ ſtudia boim: tamẽ conueniũt in appetendo vnum finem. ſ. beatitudinem.

monſtratur: cũ licet ſint varie diſſidẽteſqꝫ ſnie: tñ in diligẽdo boni finẽ conſentiunt.

¶ Metrũ ſcõm tertij libri.

Uantas rerum flectat habenas. Hic incipit ſe cundũ metrũ huius ter tij qõ dicit pindaricũ ab inuento re: anapeſticũ a pede predominã te: ⁊ eſt dimetrũ qõ cõſtat ex quat tuor pedibus: quoꝝ duo conſtitu unt vnũ metrũ: in quo metro phi loſophia ſupra dixerat q̃ vis na ture operat: q̃ intẽtio boim ſemp tẽdit in bonũ: ideo hic cõmendat vim nature: oſtendens q̃ tanta eſt vis nature: q̃ quantumcũq̃ res abducatur aſſuefactio ne vel violentia ad aliquid. eſt ſibi preter naturaꝫ: tñ ſibi ipſi derelicta ſemper reddit ad illud qõ inest ſibi ſcõm naturam: ⁊ premittit ſuam intentionẽ. ſecundo manifeſtat propoſitum. ibi. q̃uis. primo. d. mihi phie placet promere. i. manifeſtare: cantu arguto id ẽ ſonoro: lentis fidi bus id eſt cordis lente ſonãtib⁹: quãtas habenas. i. naturales inclinatiões: potens natura flectat. i. regat: quibus legibus prouida natura ſeruat. i. conſeruat imenſum orbẽ: et quibus legibus natura ſtringat ligans ſingula irreſoluto nexu. i. conuũctione indiſſolubili. ¶ Nota tripler eſt natura: natura naturans ſicut eſt deus a quo dependet celum ⁊ tota natura. Alia eſt natura naturata: ⁊ dicitur natura naturans in quãtũ influit naturis iſtoꝝ inferioꝝ. Alia eſt natura na turata tñ quã btus Augu. ſic diffinit. Natura eſt quedaꝫ vis ⁊ potentia diuinitus infra reb⁹ creatis: que vnicuiq̃ rei ſuũ eſſe tribuit: quacũ quiſq̃ male vtitur malus eſſe iudicatur. in p̃ poſito dictũ phie pot intelligi de natura tertio mõ dicta: licet quidã exponãt p̃ natura primo mõ ſumpta. Iteꝫ leges nature hic vocat determinatiões: ⁊ propietates naturales cuiuſlibꝫ rei a deo ſibi conſtitutas. ¶ Quãuis peni pulchra. Hic phia manifeſtat p̃poſitũ per quattu or exempla. ſcõo generaliter concludit ſimiliter eſſe in oibus alijs. ibi. repetũt. Prima i quat tuor ptes fm quattuor exẽpla que patebũt. Primũ eſt de quadrupedib⁹ ſicut de leonib⁹: qui licꝫ ex quadã aſſuefactione domanꝫ ita vt mitescãt metuendo ſuũ magiſtrũ: tñ ſi multũ offen dant redit eoꝝ crudelitas naturalis: ita vt pro lacerant dentibus magiſtrũ ſuum. vñ dicit in lra. q̃uis leones peni. i. libici: geſtent. i. portẽt: pulchra vincula. i. catenas in collo: et capiãt i. recipiãt eſcas datas. i. porrectas eis manibus ſui magiſtri: et q̃uis metuant trucem. i. cru delẽ mgrm: leones inq̃ ſoliti ferre. i. pati ꝟbera magri: ꝟ ſi cruo: tinterit. i. madidauerit horri da ora. i. colla leonũ per nimia ꝟbera: tũc ai leonũ reſidet. i. quieti redeũt ad naturalem crude

Uantas rerum flectat habenas
Natura potens: quibus immẽſuꝫ
Legibus orbem prouida ſeruet
Stringatqꝫ ligans irreſoluto
Singula nexu: placet arguto
Fidibus lentis promere cantu.
Quãuis peni pulchra leones
Uincula geſtent: manibuſqꝫ datas

lleatẽ. ⁊ leones meminere sui. i. sue nature: graui fremitu. i. magno rugitu. ipi laxãt. i. soluunt colla solutis nodis. i. ruptis vinculis: ⁊ pm⁹ suus domitor. i. magister ille ibuit. i. recipit: lacer. i. lacerat⁹ rabidas iras cruẽto dente. s. leonis. ¶ No. fm Isi. li. etbymo. peni sunt boies carthaginẽses. Est aũt carthago ciuitas libie ꝓpter qõ leones libie vocat leones peni: ⁊ huiusmodi leones libie facilius domanť. ¶ No. ꝗtũcũq; leones domenť ⁊ assuefactione ducãtur a sua crudelitate: si tũ afficiãť cruore vel sanguĩe redeũt ad naturalẽ crudelitatẽ. ¶ Que canit. Dic põit fm exẽplũ qõ est de volatilib⁹. ⁊ est tale. Auicula capta que preter naturũ domesticať ꝗ tũcũq; foueať ꝺlitꝰ boim: tũ habita oportũitate redit ad silueſtreitatẽ. vũ dicit in littera. Alces garrula q̃ canit altis ramis: si illa capta claudiť in antro cauce. i. domũcula sup. vt ibi maneat ad solaciũ hominũ licet ludens cura hominũ mistret huic aui pocula illicita i. linita melle: ꝗ ꝓ ⁊ largas dapes mistret dulci studio si tũ illa auis saliens ex arto tecto i. ex arta domuncula viderit gratas vmbras nemoꝝ: ipa ꝓterit pedib⁹ suis escas sparsas ⁊ ipa mesta: q: ipa fuit ꝺẽẽta req̃rit siluas et dulci voce susurrat. i. cãtat i silluis. No. natura non assuescit in cõtrariũ. si. n. lapis centiẽs mille sies ꝓjciatur sursum: nõ assuescit ascendere sursũ. Iz. n. aliqua ꝓsuetudine vel violẽtia natura possit ad tẽs ipediri: tũ sp inclinatur ad ꝓpriũ op⁹. ¶ Validis quondam viribus acta. Dic põit tertiũ exẽplũ ꝺ vegetabilib⁹ sicut de virga crescẽte qõ tale est. Licz virgula erecta p violẽtiã incuruať: tũ relicta ꝓprie nature ipsa sursuz erigitur. vũ. d. in lĩa. Virga quõdã acta. i. coacta validis viribus sup. bois ꝛcuruãtis eã: ipa flectit ꝓmũ cacumẽ: ꝗ si dextra curuãs remisserit hãc: ipa spectat. i. respicit celũ vertice. q. d. depolita violentia in curuãtis virga redit ad naturalẽ rectitudiẽ. ¶ No. ꝗ Iz natura rẽ ꝛaiaratꝝ nõ facile assuescat ĩ ꝗnũ: tũ in boib⁹ rõabilibus multũ facit assuescẽdo vel cõsuescendo: q: Iz aliquis sit male ꝓpcionat⁹: tũ p vsũ ⁊ ꝓsuetudinem abilitatur ⁊ complexio mutať. vũ Seneca. Consuetudo est altera natura.

¶ Captent escas: metuantq; trucem
Soliti verbera ferre magistrum.
Si cruor horrida tinxerit ora.
Resides olim redeunt animi:
Fremituq; graui memmere sui.
Laxant nodis colla solutis.
Primusq; lacer dente cruento
Domitor rabidas imbuit iras.
Que canit altis garrula ramis
Alces: cauce clauditur antro.
Huic licet illita pocula melle
Largasq; dapes dulci studio
Ludens hominum cura ministret.
Si tamen arto saliens tecto.
Memorum gratas viderit vmbras.
Sparsas pedibus poterit escas.
Siluasq; tantum mesta requirit
Siluas dulci voce susurrat.
Validis quondam viribus acta.
Pronum flectit virga cacumen.
Hanc si curuans dextra remisit.
Recto spectat vertice celum.
Cadit hesperias phebus in vndas:
Sed secreto tramite rursus
Currum solitos vertit ad ortus.
Repetunt proprios queq; recursus.
Redituq; suo singula gaudent.

¶ Cadit hesperias phebus in vndas. Dic philosophia probat intentum suũ ponendo quar

tum exemplum in corporibus celestibus ⁊ est tale. Sol motus ab oriente in occidentem cadit in mare hespericum: sed naturali inclinatione redit ad orientem sub nostro hemisperio. Unde dicit in littera. Phebus .i. sol cadit in vndas hesperias id est occidentales: sed secreto tramite .i. secreta via scilicet sub terris rursus id est iterum vertit currum suum ad solitos ortus .i. partes orientales. ¶ Nota ꝙ Boetius hic loquitur more poetarum qui dicebant solez tempe vespertino descendere in mare occidẽtale: vt ibi lauaretur a sordib⁹ ⁊ a puluere quo maculatus fuit existens in nostro hemisperio: sed hoc non est verum: quia sic apparet ruditati hominuz. ¶ Repetũt ꝓprios queqz recursus. Dic phia cõcludit idẽ esse in omnibus aliis entibus videlicet ꝙ omnia entia quocũqz modo per violẽtiam seu assueffactionem a sua abducant natura: tamen sibi derelicta semper redeunt ad illud qđ inest eis ꝑ naturam. vñ dicit in littera. Queqz id est quelibet entia repetunt ꝓprios recursus id est naturales motus: ⁊ singula id est omnia entia gaudent suo reditu supple redeundo ad illud supple qđ cõuenit eis secundum naturã. Nec vlli manet id est adest traditus ordo nisi quod suo fini iunxerit: ortũ id est principiuz: ⁊ fecerit stabilez orbem id est circulationẽ sui coniũgendo finez principio. ¶ Nota ꝙ orbis in proposito est circulus vel linea circunducta rediens ad idẽ punctũ a quo incepit equaliter distãs a medio. facit autẽ homo stabilẽ sui orbem ꝓcedens a deo tanq̃ a suo principio. transit per temporalia in quibus nõ sistit sed redit ad deum tanq̃ ad suum finez per contemplationem mentis.

Nec manet vlli traditus ordo
Nisi ꝙ fini iunxerit ortum:
Stabilemqz sui fecerit orbem.

## Prosa tertia libri tertij.

Os quoqz o terrena animalia: Tenui licet imagine. Uestrum tamen principium somniantis. Uerumqz illum beatitudinis finez licet minime perspicaci: qualicunqz tamen cogitatiõe prospicitis: eoqz vos et ad verũ bonum naturalis ducit intentio: et ab eo eodem multiplex error abduci. Considera namqz an per ea quibus se homies adepturos beatitudinem putant: ad destinatum finem valeant peruenire. Si enim vel pecunia vel honores ceteraqz tale q̃d afferant: cui nihil bonorum abesse videatur: nos quoqz fateamur fieri aliquos horũ adeptõe felices. Quod si neqz id valẽt efficere qđ ꝓmittũt bõisqz plurib⁹ carẽt: nonne liquido falsa ĩ eis btitudis spẽs de

¶ Prosa tertia libri tertij.

Os quoqz o terrena animalia. Ista est tertia prosa huius tertij in qua ⁊ in aliis sequentibus oñdit ꝙ vera felicitas non consistit in illis que quidã putauerũt esse summa bona: sed tamen est felicitas in ipsis. Et primo philosophia ea que dicta sunt in metro adaptat spãliter ad homies: ⁊ cũ hoc ꝓponit intentũ suũ. Scđo ꝓbat suum intentum. ibi. Primum igitur. Dicit primo. dictum est ꝙ omnia repetunt suum finem: vos quoqz o terrena animalia id est vos homines qui estis dediti terrenis: somniatis id est im-

perfecte cognoscitis vestrum principium: licet tenui imagine. i. etilij similitudine et prospicitis illum verum finem beatitudinis: licet cognitione minime perspicaci: tamen qualicũq; cognitione eoq; id est iõ naturalis intentio ducit vos ad verũ bonum: et multiplex error ab eodem vos abducit. Et tunc proponit intentum suum dicens. Considera namq; o Boeti, an homines valeant peruenire ad destinatuz finez. i. ad beatitudinem per ea quibus putant se adepturos beatitudinem. si enim pecunia vel honores ⁊ cetera afferunt quid id est aliquid tale cui nihil bonorum videatur abesse: nos fateamur aliquos fieri felices adeptione horũ bonorum: sed si nõ valeant efficere id est facere quod promittunt ⁊ carent pluribus bonis: nonne liquido id est manifeste falsa species beatitudinis in eis deprehenditur: quasi diceret sic. ¶ Nota principium omniuz rerum qđ est deus est vera beatitudo: vt postea patebit. Tale principium quasi somniãdo cognoscitur ⁊ difficulter ad ipsum deuenitur. non enim perfecte in presenti statu ipm cognoscimus: quia intellectus noster habet se ad ipsum sicut oculus noctue ad lumen solis: ex scđo methaphisice. Etiam ad talem beatitudinez cũ difficultate ad beatitudiem peruenitur. vnde Alanus in anticlaudia notde planctu nature et scientia. d. Difficilis accessus ad hãc facilisq; recessus. Accessus pauc̃ cãus pz oib⁹. In quã vix aliq̃s trãsire vz. Valz oĩs ab illa declĩare via. Que paucis pua multis claudit arta. Nimis intrãti larga ruine. ¶ Primũ igr teipm q̃ pauloañ. Hic philosophia probat intentũ suũ: qđ ista bona no efficiant qđ promittunt: ⁊ per consequens in eis est falsa beatitudo. et primo ostendit hoc de diuitijs: post idem de alijs bonis. Primo ergo probat ꝙ diuitie non conferunt sufficientiam quã videntur promittere: ⁊ ꝓpter quã appetuntur. Scđo probat ꝙ diuitie conferunt indigentiã. Tertio probat ꝙ indigẽtiam non auferunt. secunda ibi. Atqui inquam tam libero me fuisse tertia ibi. Quis autem modus. Primo intendit talem rationẽ. In illis non consistit vera felicitas que non reddunt hominem sibi sufficientez. sed diuitie sunt huiusmodi: ergo ⁊c. Maior est nota: quia felicitas est bonum sufficientissimuz nullius egens. Minorem declarat in littera: et procedit philosophia more dyadascolico. i. interrogando et respondendo. ⁊ dicit sic. Primum igitur teipsum Boetiuz interrogo: qui pauloante diuitijs affluebas. i. abũdabas: nunq̃ ne anxietas id ẽ tristicia concepta ex qualibet iniuria confundit animuz tuũ inter opes abũdãtissimas. ⁊ respõdit Boetius. Atqui pro certe: ego nequeo reminisci me fuisse tam libero animo quin semper augeret id est offenderet aliquo. dicit philosophia. Nõne tibi aliquid aberat quod abesse nõ velles vel tibi aliquid aderat quod adesse noluisses. Respondet Boetius. Ita est inq̃. Tum phĩa concludit dicens. Ideo illius quod aberat presentiaz desiderabas. huius aũt qđ aderat desiderabas absentiã. Dicit. Boe cõfiteor inq̃. Et phĩa inq̃t. Eget v̄o. i. caret qđ quisq; desiderat. d. Boe. Eget. ⁊ phĩa. Qui v̄o egz aliquo nõ est vsqueq̃q; sibi sufficiẽs. di. B. mi

prehenditur. Primum igitur teipsuz qui pauloante diuitiis affluebas interrogo inter illas abũdãtissimas opes nunq̃ ne animum tuum concepta ex qualibet iniuria confundit anxietas. Boetius. Atqui inq̃ tam libero me fuisse animo: quin aliquid semꝑ augeret remĩsci nequeo. P. Nonne qꝛ aberat quod abessẽ nõ velles: vel aderat qđ adesse noluisses. B. Ita est inq̃. Philosophia. Illius igitur presentiam: huius absentiam desiderabas. B. Confiteor inq̃. P. Eget vero iquit eo quod quisqz desiderat. Boeti. Eget inq̃. Philosophia. Qui vero eget aliquo: non est vsquequaqz sibi ipse sufficiens. Beotius. Minime inq̃. Phi. Tu

nime supple est sufficiens. Et philosophia. tu itaq; hanc insufficientiaz sustinebas plenus opibus. Concludit ergo philosophia ex concessis dicens. Igitur opes nequeunt facere nihilo indigentem ⁊ sibi sufficientem. ⁊ hoc erat quod promittere videbantur. Nota ꝙ omnis appetitus est ratione carentie. vnde illud quod quis habet proprie non desiderat: sed magis amat. vnde Augustinus. ix. libro de trinitate dicit. Itez appetitus quo quis inhiat rei cognoscende fit amor rei cognite: ideo dicit philophia. Eget vero qđ quisq; desiderat. ¶ Nota philosophia dicit. Qui eget nō est sibi sufficiens. cōtra hoc diceret aliq̄s sapiēs eget: quia indiget bonis exterioribus sine quibus viuere nō potest: ⁊ tamen sapiēs est sibi sufficiēs per Senēcam. ix. epistola qui dicit. Sapiens seipso cōtentus est. Ad hoc dicendum ꝙ sapiens indiget quibusdam ad viuendum: sed ad beate viuenduz seipso contentus est. vnde dicit Seneca nona epistola. Sapiēs seipso cōtentus est ad beate viuenduz sed non ad viuendum. Ad viuendum eim multis rebus illi opus est: sed ad beate viuenduz: tamen contentus est animo sano erecto ⁊ despiciente fortunā. ¶ Atqui hoc quoq; maxime. Hic probat philosophia ꝙ diuitie coferunt indigentiam: ⁊ ꝑ consequens nō consistit in eis felicitas: cuz felicitas sit bonum sine omni indigentia. Probat autē in littera ꝙ pecunia confert indigentiā per hoc: quia pecūia facit vt homo indigeat alieno presidio quo pecuniaz suam tueatur: ne ꝑ violentiam auferatur. vñ subdit i littera. atqui pro certe. ego puto hoc maxie cōsiderandū ꝙ pecūia nihil hēat suapte natura. i. in sua natura: vt neq̄at auferri his inuitis. i. nolētibus a quibus possidetur. dicit Boe. Fateor inq̄. Et phia. quid ni fateare: quasi. d. oportet vt fatearis: cū quotidie aliquis valētior. i. fortior eripiat eam inuito. i. nolenti. vñ eniz sunt querimonie forenses. i. iudiciales: nisi ꝙ pecunie erepte vi vel fraude repetuntur in iudicio. rñdet Boe. ita est inq̄. ⁊ philosophia. Egebit igitur quisq̄ presidio. i. auxilio extrinsecus petito quo tueatur suaz pecuniā quā posset amittere. respondet Boe. dubitari nequit. Tunc philosophia cōcludit ex dictis dicēs. Igitur res est relapsa. i. mutata in cōtrariuz. nam opes que putabantur sibi facere sufficientes faciūt potius indigentes alieno presidio. ¶ Nota illud qđ ꝑ violentiā acq̄ritur: pōt per violentiā auferri: sed pecunia ꝑ violentiā acq̄ritur: qr. d. Aristo. prio ethicoꝝ: ꝙ ois pecūiosus est violētus: ergo violēter aufertur pecūia: ꝓpter quaz violentiam fiunt querimonie forenses. Ubi sciendum ꝙ forum est locus rerum venalium: sed forus est locus exercendarum litium coram iudice. inde forensis idem est ꝙ iudicialis.

itaq; hanc sufficiētiaz plenus inquit opibus sustinebas. Boeti. Quid inq̄. Philosophia. Opes igitur nihilo indigentez sufficiētemq; sibi facere nequeunt: et hoc erat qđ promittere videbantur. Atqui hoc quoq; maxime considerandu puto: ꝙ nihil habeat suapte natura pecunia: vt hi a quibus possidetur inuitis nequeat auferri. Boetius. Fateor inquit. Philosophia. Quid ni fatere: cum eam quotidie valētior aliquis eripiat inuito. Unde eiz forenses querimonie: nisi quod vel vi vel fraude a nolentibus pecunie repetuntur erepte. Boetius. Ita est inquam. Philosophia. Egebit igitur inquit extrinsecus petito presidio quo suam pecuniam quisq; tueatur. Boetius. Quis id inq̄ neget Philosophia. Atqui non egeret eo: nisi possideret pecuniam quam possit amittere. Boetius. Dubitari inq̄ nequit. Philosophia. In cōtrariū igitur relapsa res ē. Nā que sufficiētes sibi facere putabāt opes: alieno poti⁹ p̄sidio faciūt idigētes.

# Metrum Tertium

¶ Quis autem modus est. Hic philosophia probat q̃ diuitie non auferunt indigentiam: ⁊ sic per consequens non consistit in eis feliciras. et dicit quis est modus quo indigentia pellatur diuitiis. Nunquid diuites nequeũt esurire: quasi dicat sic. nunquid nõ possunt sitire: quasi dicat immo. Nunquid membra pecuniosorum nõ sentiunt frigus hybernũ id est hyemal e quasi dicat sic. Sed tu inquies. i. dices: opulentis id est diuitibus adest aliquid quo famem satient vt frigus repellant. Respondet ꝗ hĩa hoc modo. indigentia potest consolari diuitiis: ꝗ penitus auferri non potest. Nam si hec. s. indigentia semp hyans id est desiderãs ⁊ poscẽs aliquid expletur opibus: necesse est iramẽ vt maneat indigentia que posset expleri: q: quãtũcũq; sitis diuitis vel fames mitigetur: adhuc diues post sitiet ⁊ esuriet: ⁊ quod nature nimius est auaricie nihil satis est. quare si opes non possunt submouere id est repellere indigentiam: sed faciunt indigentiam: quid est id est quomodo esse potest q̃ credatis eas prestare id est dare sufficientiam. q. d. nullo modo debz credi. ¶ Nota q̃ omnis indigentia vel est indigentia nature vel auaricie. Indigentia nature paucissimis suppleri potest: eo q̃ natura paucis minimisq; contenta est. vnde propter naturã nõ oportet multum querere diuitias: nec per diuitias indigentia nature amoueri põt: sicut nec ipsa natura mutari potest. Indigẽtia vo auaricie ẽ que nullomõ expleri põt: ⁊ ita diuitie eã amouere nõ possũt: iõ plus augẽt: q: dz. Auarus non implebitur pecunia. ¶ Nota q̃ diuitie non solum nõ inducũt sufficiẽtiam: sed nec inducũt sapientiaz: q: d. Sene. Quid prosunt stulto multe diuitie dum p eas non possit fieri sapiens.

Quis autem modus est quo pellatur
diuitiis indigentia. Nũ enim diuites esu
rire nequeunt. Num sitire non possunt.
Num frigus hybernuz pecuniosoruz mẽ
bra non sentiunt. Sed adest inquies opu
lentis quo famen satient: quo sitiz frigus
qz depellant. Sed hoc modo consolari q̃
dem diuitiis indigentia potest: sed auferri penitus non potest. Nam si hec hyãs semper atqz aliquid poscẽs opibus expletur maneat necesse est que possit expleri. Taceo q̃ nature nimium quod auaricie nihil satis est. Quare si opes nec submouere indigentiam possunt et ipse suaz faciunt: quid est q̃ eas sufficientiam prestare credatis.

## Metrum tertium libri tertii.

Uãuis fluẽte diues auri gurgite
Nõ expleturas cogat auar̃ opes
Queretqz baccis colla rubri littoris
Ruraqz centeno scindat opima boue.

¶ Metrum tertium tertij libri.

Uãuis fluente diues auri gurgite. Istud est tertium metrum hꝰ tertij qõ dz archiloi cũ ab inuentore: iambicũ a pede predominãte cui conũgitur metrum elegiacum: i quo metro philosophia inuehitur contra auaros quos in pñti vita sollicitudo diuitiarum affligit ⁊ in morte deseriquit. ⁊. d. q̃uis diues auarus fluẽte. i. iabundãte auri gurgite. i. multitudine: cogat. i. cõgregat opes nõ expleturas suã cupiditatẽ: ⁊ q̃uis diues oneret i. ꝑmat colla sua baccis. i. gemis preciosis: rubri littoris. i. rubri maris: q: gẽme colligũt; in littore rubri maris: ⁊ q̃uis scindat. i. diuidat arãdo rura opima. i. agros fecundos: cẽteno boue. i. cũ centũ bobus: adhuc cura mordaz. i. sollicitudo nõ deserit ipm suꝑstitẽ. i. viuẽtẽ: q̃ ꝑet

leues opes que leuiter transeunt non comitantur ipsum defunctum.i.mortuū. ¶ Nota circa litteram ꝙ gurges ſm Huguitionem ⁊ Isidorum in li.ethymologiarum est locus altus.i.ꝓfundus in flumine: ⁊ in proposito signat abundantē affluentiam auri. Item secundū Hugui. bacca per duplex.c.inuenitur positu pro fructu oliue vel lauri vel pro quolibet fructu. aliqñ autem inuenitur pro gemma preciosa: ⁊ sic sumitur hic. Item diues auarus duplici malo premitur.in presenti vita semper sollicitatur: ⁊ post mortem nihil eum de diuitijs comitatur: de quo diuite loq̄tur Alanus in libro de plāctu nature dicens. Ut loculis varia nūmorum fercula donet. Imponit proprio diues ieiunia vētri. Itē ioculatur ocellis diues in argēto: sz vēter philosophari cogit.

Nec cura mordax deserit superstitem
Defunctūqz leues nō comitantur opes:

## Prosa quarta tertij libri.

Ed dignitates honorabilē reuerendumqz cui prouenerint reddūt. Num est vis ea magistratibus: vt vtentiū mentibus virtutes inserant vicia depellāt. Atqui nō fugare: sed illustrare potius nequitiam solent. Quo fit: vt idignemur eas sepe nequissimis hominibus contigisse. Unde catulus licz in curuli nonium sedentem: strumaz tamen appellat. Uides ne quātum dedecus malis adiiciant dignitates. Atqui minus eorum patebit indignitas: si nullis honoribus inclarescant. Tu quoqz num tandē tot periculis adduci potuisti: vt cum decorato gerere magistratum putares: cum in eo mentem nequissimi scurre delatorisqz

¶ Prosa quarta tertij libri.

Ed dignitates. Ista est quarta prosa huius tertij: in qua probat philosophia ꝙ dignitates tēporales non conferunt honorez ⁊ reuerentiam quā promittere vidētur: ⁊ ꝑ consequens non est in eis vera beatitudo. ⁊ primo propōit ꝙ dignitates faciūt honorabilez. secundo improbat illud ibi. Num vis. Primo dicit. Sed dignitates reddunt hominem honorabilem ⁊ reuerendum cui prouenerint. ¶ Nota honor est exhibitio reuerentie alicui in testimonium virtutis sicut accipit et quarto ethicorum. vel aliter. Honor est opinionis benefactiue signum: vt dicit Aristo.in libro rhetoricorum. Quando enim opinamur nobis posse bene fieri ab aliquo ipsuz honoramus. Sed reuerentia est decens ac matura grauitas secundum Tullium. ¶ Num est vis ea magistratibus. Dic philosophia improbat propositum quadruplici via.s.ꝙ dignitates non conferunt honorem ⁊ reuerentiam. Primo quia malis sepe eueniunt. secundo quia per dignitates vicia improborum innotescunt. tertio quia opinione hominum vilescunt. quarto quia temporum mutatione splendere desinunt. secūda ibi. In quo. tertia ibi. atqꝫ vt agnoscas. quarta ibi. Sed hoc apud. Primo dicit. Num pro nunquid ea vis id est talis virtus: est magistratibus id est dignitatibus vt inserant virtutes mētibus vtentiū eis: vt depellāt vicia.q.d.nō. vñ subdit. Atqui pro certe dignitates nō solent fugare nequitiā: sed potius illustrare.i.māifestare: quo fit.i.ꝓpter qđ fit: vt nos indignemur eas sepissime cōtigisse hoīb⁹ neq̄ssimis. vñ Catul⁹ q̄ erat vir sapiēs ⁊ v̄tuosus. Noniū q̄ erat hō viciosus appellat strumā: lz viderit ipm sedētē: i curuli.i.i sede dignitat̄ iudiciaria. vides igr̄ ꝙ tū dedec⁹ dignitates adiiciāt malis hoīb⁹: ⁊ manifestāt eos eē cōtēptibiles a hōis. Atq̄ ꝓ certe: idignitas.i.malicia eoꝝ min⁹ patebit: si nullis honorib⁹ iclarescāt.i.splēdeāt. O.B.nun

quid tu potuisti tot periculis adduci.i.affigi:vt cuz Decorato.i.tali viro magistratū gereres cum in eo respiceres mentē nequissimi scurre et delatoris.q.d.nō. Nunquid possumus iudicare dignos reuerentia:ob honores.i.propter dignitates quos iudicamus indignos:ipsis honoribus id est dignitatib⁹.q.d.nō.⁊ si quē videres preditū sapiētia:licet nō haberet dignitatem:nunquid posses eū non putare dignuz reuerētia vel sapientia qua preditus esset.q.d.nō posses euz iudicare indignū sapientia ⁊ virtute sua:qꝛ propria dignitas inest virtuti quā virt⁹ trāsfundit in eos quibus fuerit adiūscta. ⁊ qꝛ populares honores hoc facere nequeunt:liquet id est manifestum est eos ꝓpriam pulchritudinē dignitatis nō hr̄e. ¶ No. ex litera potest formari talis rō: Illud qđ aduenies alicui non cōfert honorē illud nō facit v̄e honorabilez:sed dignitates non conferunt honorē cui aduenīūt:nec tollunt si nō aduenīunt:ergo ⁊c.minor probat: qꝛ honor sequitur virtutem ex. iiij.ethi.vnde viciosum nullo honore dignū reputamus ī quacūq; dignitate fuerit:sed solū virtuosum etiā si nō sit in dignitate.cum igit̄ dignitates tpales nō conferāt virtutes nec tollant vicia:manifestum ē ꝙ honorabilem nō faciūt. ¶ Nota Catulus erat vir sapiens ⁊ virtuosus: qui Noniū sedentē in curruli ex animi ī dignatione vocabat strumaz:eo ꝙ viro tam malicioso collata fuit dignitas. Est autē struma congeries humorum ī collo.sub hac autem similitudine ipsum appellabat strumam:quia in pectore habuit congeriem viciorum. ¶ Nota ꝙ rex Theodoricus voluit quēdam nomine Decoratum violenter tendere in magistratum: vt vna cum Boetio rempublicam regeret:cuius nequiciaz Boe.detestatus recusauit sibi associari propter quod Boe.multis iniurijs afflictus fuit a rege Theodorico. No. ꝙ scurra secundum Huguitionē idem est ꝙ lecator vel vaniloquus.proprie autem dicitur qui sequitur curiam gratia cibi.

¶ Nota ꝙ virtus facit hominem reuerendum et nobilem non dignitas: quia dicit Seneca xliij.epistola. Virtus non accepit Platonem nobilem et reuerendum:sed fecit.quis enim ē generosus virtuosus et dignus nisi qui ad virtutem est bene dispositus. Non facit hominem nobilem atrium plenuz famosis imaginibus et nummis:sed animus ⁊ virtus supra fortunā surgens. ¶ In quo illud. Hic philosophia probat secunda via ꝙ dignitates non faciūt hominem nobilem et honorabilem:quia vicia improborum manifestant di.in quo scilicet ꝙ dignitas aduenit magis:illud est magis aduertenduz:ꝙ si aliquis eo est adiectior id est vilior: quo id est quanto magis contemnitur a pluribus:cum dignitas nequeat facere improbos reuerendos ipsos facit despectiores quos pluribus ostentat:verum pro sed: hoc non est impune id est dignitas non facit hec impunita:quia improbi parem vicem reddunt dignitatibus quas ipsi commaculant sua cogitatiōe:quasi diceret sicut dignitas maculat improbos:quia eorum malitiam manifestat:sic econtra improbi maculant dignitates. ¶ Nota per

respiceres. Non enim possumus ob honores reuerentia dignos iudicare quos ip̄is honoribus iudicamus iudignos. Atsi quem sapientia preditum videres: num posses eum vel reuerētia vel ea qua preditus est sapientia non dignum putare. Boe. Minime. Philosophia. Inest enim dignitas propria virtuti quā protinus in eos quibus fuerit adiuncta transfundit: quod qꝛ populares facere nequeunt honores: liquet eos propriā dignitatis pulchritudinem non habere. In quo illud est aduertendum magis. Nam si eo abiectior ē quo magis a pluribus quisqz contemnitur: cum reuerendos facere nequeat quos pluribus ostentat: despectiores potius improbos dignitas facit: verū

dignitates vicia improborum innotescunt: quia principatus virum ostendit. cum igitur vicium faciat hominem contemptibilem: temporalis dignitas adueniẽs improbis facit eos despectiores. vnde Juuenalis poeta. Omne animi viciũ tãto despectius in se crimen habet: quanto qui peccat maior habetur. ⁊ Seneca loco ignominie apud indignuꝫ est dignitas. ¶ Atq; vt agnoscas veram illam reuerentiam. Hic philosophia probat tertia via ꝙ dignitates nõ faciunt reuerendũ: quia opinione hominum vilescunt. qui enim dignitatibus funguntur: q̃uis a suis honorentur: tamen apud extraneos homines nõ curãtur: vt ab illis qui sunt alteri⁹ diocesis. vnde di. Atq; pro certe vt tu agnoscas veraꝫ reuerentiã que est beatitudo non posse cõtingere alicui hoĩ: per has dignitates vmbratiles. i. transitorias ad modum vmbre. sic collige. siq̃s homo functus id est vsus multiplici consolatu id est dignitate: deuenerit forte ĩ barbaras nationes id est extraneas gẽtes facit ne honor consulatus ipsum venerãdum barbaris: quasi diceret nõ. Atqui pro certe. si h̃ scilicet facere reuerendum barbaris est naturale munus dignitatibus: nullo modo cessarent ab officio suo: quoquo id est quocũq; loco gentium: sicut ignis vbiq; terrarũ nunq̃ desistit calere id ẽ cremare. Sed quoniam id scilicet reuerendum facere eis annectit fallax opinio hominũ ⁊ non propria vis: illico id est statiꝫ vanescũt cũ ad eos venerint: qui non estimant eas esse dignitates: sicut sunt nationes barbarice id est extranee. ¶ Nota ꝙ res non destituitur a sua propria operatione. cum enim operatio sit finis habentis operationem: secundo celi ⁊ mũdi: res destituta a sua operatõne destrueretur a suo fine: ⁊ sic esset frustra. Si ergo facere reuerendum esset naturalis operatio dignitatũ: vbiq; gentium facerent hominem reuerendum. sed videmus ꝙ dignitates que faciunt aliquez reuerendum apud suos: apud extraneos non faciunt ipsum reuerendũ. ¶ Sed hoc apud exteras nationes. Hic philosophia probat quarta via que sumitur ex hoc ꝙ dignitates temporũ mutatione sordescunt. quod enim magna olim fuit dignitas: moderno tempore pro nihilo reputatur. vnde dicit. Sed hoc qd̃ dixi verum est apud exteras nationes id est extraneas: sed iter eos apud quos dignitates orte sunt non perpetuo durant. Atqui pro certe nã prefectura oliꝫ erat magna potestas apud romanos: sed nunc est inane nomen: ⁊ census id est preciositas senatorij nunc est grauis sarcina: que olim erat magna dignitas: ⁊ siquis quondaꝫ curassi annonam populi qui dicebatur prefectus annone: ille magnus habebatur: nunc ea prefectura quid est abiectius. q. d. nihil. vt enim pauloante diximus nihil enim habet proprij decoris qd̃ opinione vtentium: nunc accipit splendorem: nunc amittit. ⁊ tunc epylogat di. Igitur si dignitates nequeunt facere reuerendos: vt patet ex prima via: si sordescunt contagione. i. vicio improboruꝫ: vt patet ex secunda via: si desinunt splẽdere mutatione temporũ vt docet quarta

non impugne. Redeunt namq; improbi parem dignitatibus vicem: quas sua contagione commaculant. ¶ Atqui vt agnoscas veram illam reuerentiaꝫ per has vmbratiles dignitates non posse cõtingere: sic collige. Siq̃s multiplici consulatu functus in barbaras nationes fortune deuenerit: venerandum ne barbaris honor facit. Atqui si hoc naturale munus dignitatibus foret: ab officio suo quoquo gentium nullo modo cessarent. Sicut ignis vbiq; terrarũ nunq̃ tamen calere desistit. Sed quoniam id eis non propria vis: sed hominuꝫ fallax annectit opinio: vanescũt illico cum ad eos venerint: que dignitates eas esse nõ estimant. ¶ Sed hoc apud exteras natiões. Inter eos vero apd̃ quos orte sunt: num perpetuo perdurant.

via: si vilescunt estimatione gentium vt patet ex tertia via: quod est quod habeant in se expetende id est desiderande pulchritudinis nedum alijs prestent. q. d. nihil habent in se pulchritudinis: ⁊ ideo nec eam alijs prestare possunt. ¶ Nota ꝙ prefectura quondam erat magna dignitas apud romanos. ⁊ dicitur ille prefectus qui ceteris magistratibus prefuit: ⁊ omnes dignitates in ciuitate romana antecellebat. Sed postꝙ Julius cesar imperium inuaserat: talis dignitas ad imperatorez trãsferebatur: ⁊ diminuebatur eius potestas: ita ꝙ nomẽ illius dignitatis mansit sine re. Item senatoria dignitas magna fuit apud romanos: quia officium senatorum prius fuit honestũ scilicet vtiliter cõsulere reipublice: sed postea compulsi fuerunt senatores ad seruiẽdum voluntati principis in damnum reipublice.

¶ Notandum cuicūq̃ inest summa sufficientia ⁊ summa potētia: eidem inest et summa reuerentia. inquātum enim aliquid habet rationem principij: intantum est dignum reuerentia: cuz filij reuerētur patres quia sunt principium esse eorum. ⁊ serui dominos: quia sunt principia seruorum in mandato mouentia eos per imperiū. ⁊ reueremur viros virtuosos: q: sunt principia gubernantia vitā politicam. potentia autem dicit rationem principij. vnde illud est maxime principium: quod est potentissimum: ⁊ ideo tale reuerēdissimū. ¶ Quid igitur inquit. Dic ostendit predictis esse annexam gloriam ⁊ leticiam dicens. Quid vero censes id ē iudicas illud qō est sufficientissimuz: potentissimū reuerendissimum: est ne hoc obscurum et ignobile: vel est clarissimū omni celebritate id est gloria. Respondet Boetius ego confiteor illud esse celeberrimum. i. gloriosissimuz sicut est. Tunc philosophia concludit dicens. Consequēs igitur est vt fateamur claritudinem id est gloriaz nihil differre a trib⁹ superioribus. ⁊ dicit Boet⁹. Cōsequitur inquā. Tunc ostēdit idē de leticia di. Illud qō nullius alieni egeat: ⁊ quod cuncta suis viribus possit quod est reuerēdum ⁊ clarum: nonne hoc etiam constat esse letissimum. respondet Boetius non possum cogitare vnde tali vllus mero: obreptat id est intret. tunc concludit philosophia dicens. Si superiora manebunt supple vera: necesse est illud plenum esse leticie: ⁊ per eadem concessa necessarium est esse nomina diuersa: sufficientie: potentie: claritudinis: reuerentie: ⁊ locūdit ratis sed substantiam eorum nullo modo discrepare. quod concedens Boetius dicit. necesse est inquā. ¶ Notandum q̃ omnes creature comparantur ad deum sicut effectus ad suaz causaz. et quia noticia cuiuslibet cause relucet in suo effectu: necesse est ipsius dei habere noticiam per effectum: ⁊ noticiam cum laude: hui⁹ effectus dei representat ipm sub rō e bonitatis ⁊ perfectionis que ē materia laudis: Cū igr gl'ia sit clara cū laude noticia: necesse est principiū oium rex: qō est sufficientissimū: potentissimū: ⁊ reuerendissimū etiam esse gloriosissimum

¶ Notandum ꝙ sufficientissimo nullum bonum deest: ⁊ talis habet appetitum quietatum in bono adepto qui est autem appetitus in bono adepta. i. letitia: ergo bonum sufficientissimus etiam est letissimum. ¶ Notandum ꝙ omnia ista sufficientia: potentia: reuerentia: gloria ⁊ letitia sunt vnum in substantia: non autem sunt vnum in substantia sicut aggregatus ex diuersis rebus. tunc enim ibi esset compositio quod repugnat potentissimo ⁊ dignissimo: eo ꝙ simpliciora digniora sunt cõpositis: sed de hoc postea melius patebit.

¶ Hoc igitur qõ est vnum. Dic philosophia ostendit qualiter homines illud quod est vnum diuidunt. Secundo mouet dubitationem ibi. Quid igitur inq̃. primo ostendit quomodo homines diuidunt illud quod est vnum. ⁊ dicit Illud qõ est vnus: ꝙ ꝑ ⁊ simpler natura supple: illud dispartit id est diuidit: prauitas humana. i. prauus error hominũ querendo vnũ sine alio: ⁊ dum homines conant id. est laborant adipisci partes rei que partibus caret homo: nec ꝑ non assequitur vllam portionem i. partem: nec ipsam rem integras quas affectat. ⁊ querit. Boe. quo nammodo diuidit homines ista. dicit phia. q̃ petit. i. captat diuitias propter fugam penurie cã sufficientie: vel laborat de potentia: sed mauult id est magis vult esse vilis. i. indignus: ꝙ pro ⁊ obscurus id est inglorius: ⁊ ita nihil curat de dignitate ⁊ gloria: talis etiam subtrahit sibi multas voluptates naturales: ne amittat pecuniam quam parauit id est lucratus est: sed hoc modo nec sufficiẽtia cõtingit ei: quem valentia id est potentia deserit: quem modestia pũgit: quem vilitas id est reuerentia abiicit: quem obscuritas id est infamia recõdit. q. d. non. Tũc ostẽdit de potentia idem di. Qui vero solum desiderat posse id est potentiam: ille profligat id est dispergit opes: despicit voluptates: ꝙ pro ⁊ bonorem carentes potentia ⁊ nihilipendit gloriam: sed videas ꝙ multa huic deficiant. fit enim aliquando vt talis egeat necessarijs: vt mordeatur anxietatibus: ⁊ cum nequeat hec depellere etiam illud quod maxime petebat desistit esse potẽs. Similiter licet ratiocinari de alijs tribus: scilicet de honoribus de gloria de voluptatibus sicut de predictis duobus. nam cum vnũqõq̃ horum perfecte acceptum sit: idem ꝙ cetera vt declaratum est quisquis petit aliquid horum sine ceteris nõ apprehendit illud quod desiderat. ¶ Notandum quisquerit partem rei indiuisibilis partem

constat esse letissimus. Boeti. Sed vnde hinc inq̃ tali merori vilius obrepat: nec cogitare quidem possum. Quare plenus esse leticie siquidem superiora manebunt necesse est cõfiteri. Philosophia. Atqui illud quoqs per eadem necessarius est sufficientie: potentie: claritudinis: reuerẽtie: iocunditatis: nomina quidem esse diuersa: nullo vero modo discrepare substantiam. Boetius. Necesse est inq̃ hoc. Philoso.

Hoc igitur quod est vnum simplexqs natura prauitas hominus dispartit: et dũ rei que partibus caret partem conantur adipisci: nec portionem que nulla est: nec ipsam quam minime affectat assequitur. Boetius. Quonammodo inq̃. Philosophia. Qui diuitias inquit petit penurie fuga de potẽtia nihil laborat: vilis obscurusqs esse mauult: multas etiam sibi naturales quoqs subtrahit voluptates: ne pecuniam quam parauit amittat. Sed hoc modo nec sufficientia quidẽ contingit ei quem valentia deserit: quem molestia pũgit: quem vilitas abiicit: quem recõdit obscuritas. Qui vero solũ posse desiderat: pro

non inueniet: nec ipsam rem cuius partem querit: quia in rerum natura indiuisibile partē nō habet. cum igitur predicta quinq; .i. sufficientia reuerentia ꝛc. ex parte rei sunt vnum ꝛ indiuisibilia licet differant nominibus: qui querit vnum sine alio non inueniet. ¶ Notandum ꝙ ista quinq; prout inueniūtur in rebus sensibilibus in quibus habent esse in modo imperfecto ꝛ diminuto: sic vnum inuenitur sine alio, inq̄tum aūt accipiuntur secundum esse perfectum ꝛ summum prout inuenitur in beatitudine: sic sunt idem indiuisibiliter: ꝛ vnū nō inuenitur sine alio: qꝛ summa sufficientia est beatitudo: summa reuerentia est beatitudo: summa potētia est beatitudo: ꝛ sic de aliis. ¶ Nota ꝙ qꝛ homo naturaliter dsiderat beatitudiez: tūc vnūquodq; predictorum quādoq; desiderat scdz ꝙ spectat ad beatitudinem. hoc autez est scdm perfectum inq̄tū eadē sunt beatitudini. ꝛ qꝛ beatitudo cum sit deꝰ est indiuisibilis: omnia quinq; predicta sunt vnuz indiuisibiliter. ex quo patet ꝙ quia homines querunt ista secundum ꝙ imperfecta inq̄tum sunt insensibilibus: ꝛ tamen desiderant ea fm perfectionem: ideo homines non assequuntur per ea quod desiderant.

fligat opes: despicit voluptates: honorēq; potentia carentez: gloriamq; nihilipēdit. Sed hunc quoq; quāmulta deficiant videas. fit eniz aliquando necessariis egeat vt āxietatibus mordeatur. Cūq; hec depellere nequeat etiaz: id quod maxime petebat potens esse desistat. Similiter ratiocinari de honoribus gloria voluptatibus licet. Nam cum vnumquodq; horuz idem quod cetera sit: quisquis horum aliquid sine ceteris petit: nec illud quidē qd̄ desiderat apprehendit. Boeti. Quid igitur inq̄. Philosophia. Siquis cuncta simul cupiat adipisci: summā quidez beatitudinis vellet: sed non in his eam reperiet que demonstrauimus id quod pollicētur non posse conferre. Boetius. Minime inquam. Philosophia. In his igitur que singula quedā expetēdorū p̄stare credūtur btitudo nullo mō īuestigāda ē. B.

¶ Quid igitur inq̄. Hic philosophia mouet dubitationem: qꝛ dictum est iaz ꝙ homo querendo singulum horum diuisim ipse frustratur beatitudine. potest ergo dubitari vtruz querendo omnia simul q̄ratur beatitudo. Dicit ergo. B. in littera. Quid igitur inq̄. q. d. licet non queratur beatitudo querendo vnumquodq; diuisim. quid igitur erit siquis cuncta simul cupiat adipisci. nunquid ille sic vellet summam beatitudinis. nunquid eam scilicet beatitudinem reperiet in his bonis que demonstrauimus non posse conferre quod pollicentur id est promittūt? Et respondet Boe. Minime inq̄. Cōcludit ergo philosophia dicens. In his ergo nullo modo est inuestiganda beatitudo que creduntur prestare singula expetendorum id est desiderandorum: quod Boe. concedit dicens. Quod fateor affirmo inq̄, ita esse: ꝛ nihil verius dici potest. ¶ Notandum si aliquis querit omnia quinq; simul: ille querit beatitudinem in vniuersali: sed errat in particulari querendo eam in istis temporalibus bonis in quibus non inuenitur. Non enim summa sufficientia nec potentia inuenitur in eis: ꝛ sic patet ꝙ querens vnum illorum: vel omnia simul secundum ꝙ inueniuntur in rebus sensibilibus cum habeant esse in eis modo imperfecto non consequitur beatitudinem. querens autem vnum istorum secundum esse perfectum cum omnia sint vnum indiuisibiliter: omnia querit: ꝛ querit beatitudinem. ¶ Habes igitur inquit. Postq̄ philosophia assignauit causam false felicitatis: hic ostendit que sit vera felicitas. Secundo ostendit in quo sit constituta ibi. Quoniam igitur agnouisti. Primo philosophia: habes ne igitur iam causas ꝛ formā

falſe felicitatis: nunc deflecte intuitū mētis tue in aduerſum .i. in cōtrariū falſe felicitatis: h̄ eſt ad verā felicitatem: ibi ſtatim videbis verā felicitatē quā ꝓmiſimus. ⁊ dicit Boe. Atqui ꝓ certe vera beatitudo ꝑſpicua eſt .i. manifeſta ex dictis: etiam homini ceco. q. d. tam manifeſta eſt vera beatitudo ex dictis ꝙ etiam ceco ſi aliquid poſſet videre pateret: ꝙ pro ⁊ tu pauloā te mōſtraſti eam ſupple veram felicitatez: dum conabaris aperire id eſt declarare cauſas falſe felicitatis. et dicit Boetius. Niſi ego fallor ea eſt vera ⁊ perfecta felicitas que perficiat ſufficientē potentem et reuerendum celebrez et letum: vt etiam tu philoſophia cognoſcas me Boetium interius id ē plenius animaduertiſſe que ſit vera felicitas: ego ſine ambiguitate cognoſco hāc eſſe plenā beatitudinem: que vnum horum ſcilicet predictorum veraciter poteſt preſtare: quoniam idem cuncta ſunt. et dicit philoſophia quaſi congratulando Boe. O alumne hac opinione te felicem cenſeo id eſt iudico: ſiquidem hoc abieceris ſupple quod modo dicam. et dicit Boetius. Quidnam dicaz. dicit philoſophia. Putas ne aliquid eē i his rebus mortalib⁹: ꝙ pro ⁊ caducis id eſt tranſitoriis: quod poſſit afferre id eſt dare huiuſmodi ſtatum. Reſpondet Boe. Minime puto. et illud oſtenſum eſt a te vt nihil amplius deſideretur beatitudine. concludit ergo Philoſophia dicens. Hec igit. ſ. ſufficientia reuerentia ⁊c. que in rebus caducis inueniunt vel ſūt imagines .i. ſimilitudines veri boni ⁊ vidētur dare mortalib⁹ q̄dā imperfecta bōa: verū aūt ⁊ perfectuz bonū conferre non poſſunt. et dicit Boetius. aſſentior inquā. ¶ Nota ſufficientia imperfecta que cōſideratur in rebus temporalibus non eſt vera ſufficientia: ſed tantum ſimilitudinaria. ſufficientia autez perfecta includit oīa alia quattuor: et ſingulum alio ꝝ q̄ttuor ꝑfecte alia īcludit: et iō illd̄ quod eſt vnum perfectū dat oīa: ſed illud quod dat oīa facit vere perfectum. ergo di. B. illud qd̄ pōt veraciter vnū cōferre illud cognoſco eē btitudinē. Itē aſſentior ē v̄bū deponētale: ⁊ idē ſignificat cū v̄bo neutrali qd̄ ē aſſentio. ¶ Qm̄ igr̄ agnouiſti q̄ v̄a. Dic oñdit phīa i quo

Fateor inq̄: et hoc nihil verius dici pōt. Phi. Habes igr̄ inquit et formā falſe felicitatis: ⁊ cauſas d̄flecte nūc in aduerſum mentis intuitum: ibi enim verā quā promiſimus ſtatim videbis Boe. Atqui hec inquā uel ceco perſpicua ē eamqz tu pauloante monſtraſti: dum falſe cauſas aperire conabaris: Nam niſi fallor ea uera eſt et perfecta felicitas que ſufficientē potentem reuerenduz celebrem letūqz perficiat. Atqz ut me interius animaduertiſſe cognoſcas: que unun horum quoniā idē cuncta ſunt ueraciter preſtare poteſt: hāc eſſe plenam beatitudinē ſine ambiguitate cognoſco. Philoſophia. O te alumne hac opinione felicē cenſeo: ſiquidez hoc iquit abieceris Boe. Quidnā inquā. P. Eſſe ne aliquid in his mortalibus caducisqz rebus putas quod huiuſmodi ſtatū poſſit afferre. Boe. Minime inq̄ puto: atqz a te nihil ut amplius deſideretur oñſuz eſt. Philoſophia. Hec igitur uel imagines ueri boni uel imperfecta quedā dare bona mortalibus uidentur: uerū autez atqz perfectum bonū cōferre nō poſſunt Boeti. Aſſentior inquaz. Philoſophia.

Quoniā igitur agnouiſti que uera illa

vera felicitas sit constituta. ⁊ primo tangit ordinem huius partis ad precedentia: ⁊ docet diuinum auxilium esse implorandum: vt cognoscatur in quo sit vera beatitudo. secundo inuocat diuinum auxilium. tertio intendit intentum in quo sit vera beatitudo. secunda ibi. O qui perpetua. tertia ibi. Quoniam igitur. Primo dicit philosophia. O Boe. quoniam agnouisti que sit illa vera beatitudo: ⁊ agnouisti que mentiantur beatitudinem: nunc superest vt agnoscas. vnde hanc veram beatitudinem petere possis. ⁊ dicit Boe. illud iamduduz a te vehemēter expecto. ⁊ dicit philosophia. Cuz diuinum presidium id est auxilium in minimis rebus debeat implorari vti pro sicut placet Platoni nostro in thimeo: quid nunc censes faciēdum supple in taz arduo negocio vt mereamur reperire sedē illius summi boni. Respondet Boe. inuocandum supple censeo patrem omnium rerum scilicet deum: sine quo nullum exordium rite fundatur: quod approbat philosophia dicēs. recte tu inquit cēses: ⁊ simul sine interuallo philosophia ita modulata est id est proposuit inuocationem dei metrica modulatione. ¶ Nota ꝙ in omnibus diuinum auxilium est implorandum: quia deus est qui diuitias sue sapiētie influit in animas sapiētum: tribuit studentibus gratiam cognoscendi cui nihil est difficile: ⁊ sine quo nihil possibile est possideri. ita scribitur in prologo de regimine principū. ⁊ omne datum optimum ⁊ omne donum ꝑfectuz de sursum est descendens a patre luminum vt dicit alia scriptura. Et dicit beatus Augustinus. Nemo tam eruditus: nemo tam doctus qui superna illustratiōe nō indigeat. ⁊ beatus Gregorius. Nisi intus sit qui doceat: inuanum lingua doctoris laborat. ideo philosophia volens ostendere in quo sit vera beatitudo: inuocat diuinum auxilium: quo pretermisso nullum rite fundatur exordium.

sit: que autem beatitudinez mentiantur: nunc superest vt vnde veram hanc petere possis agnoscas. Boeti. Id quidem inq̄ iamdudum vehementer expecto. Philosophia. Sed cum vti in thimeo platoni inquit nostro placet: in minimis quoqz rebus diuinum presidium debeat implorari: quid nunc faciendū cēses vt illius summi boni sedem reperire mereamur. Boetius. Inuocandum inquam rerum omnium patrez: quo pretermisso nullū rite fundatur exordium. Philosophia. Recte inquit ac simul ita modulata est.

## Metrum nonum libri tertij.

Vi perpetua mundū rōe gubernas. Terrarū celiqz sator que tēpus ab euo Ire iubes: stabilisqz

¶ Metrum. ix. libri tertij.

Vi perpetua mundū rōne gubernas. Istud est metrū nonū huiꝰ tertij qđ dr̄ homericū ab inuētore: qr̄ Homerus ipm adinuenit. ⁊ dicitur eroicū a materia: qr̄ gesta eorū. i. viroꝝ illustriuz hoc metro describebātur. ⁊ dicitur dactilicū a pede predñante Exametrū a numero pedū: qr̄ cōstat ex sex pedibus: in quo metro phia inuocat diuinū auxiliū ad ostēdendū in quo sit vera beatitudo ⁊ qūo ad ipam ꝑueniatur. Prio ergo phia captando beniuolentiaz dei ipsum multipliciter cōmendat. secūdo petitionez suaz exprimit. ibi. da pater. Circa primum sciendum ꝙ tria requiruntur ad petitionez. Primo requiritur potentia exaudiendi. Secundo voluntas. Tertio scientia. de primis duobus dicitur in quarto huius prosa secunda. ¶ Duo sunt in quibus omnis humanoruz actuū effectus cōstat: voluntas ⁊ potestas: quorum si alterum desit: nihil est quod explicari queat. De scientia patet: quia sine ea nihil rationabiliter geritur. volēs ergo philosophia ostēdere ꝙ deus possit vel sciat ex

audire suam peritionem: ostendit ipsum esse potentem et mundi gubernatione: et celi et terre creatione: et temporis productione. Secundo ostendit ipsum volentem siue benuolum et sui bonitate ⁊ clementia qua produxit cuncta. Tertio ostendit ipsum esse sapientem et quorũdam affectuum specialium productione. secunda ibi. Quez non exterme: tertia ibi. Tu numeris. Primo dicit. O pater qui gubernas mundum perpetua ratione id est perpetua prouidentia tua: qui es sator: id est creator terrarum ⁊ celi: qui iubes tẽpus ire id est procedere ab euo. i. a perpetua tua duratione: tu manens stabilis id est immutabilis: das. i. facis cũcta moueri. ¶ Notandũ ꝙ tota ista littera. O qui perpetua vsq̃ ad illam partem, da pater debet legi suspensiue. et potest O hic teneri vocatiue: admiratiue: vel deprecatiue. ¶ Notandum ꝙ gubernare est res indebitum sui finem ordinare qõ spectat ad diuinam bonitatem, regit autem prima causa omnes res preter hoc ꝙ cõmisceatur cum eis: influendo super eas virtutem vite ⁊ bonitatis fm auctorem in libro de causis. ¶ Notandum ꝙ mundus secundũz Aristo. in libro de celo ⁊ mũdo est constitutio ex celo ⁊ terra ⁊ naturis que in eis sunt: quẽ mundũ deus gubernat perpetua ratione. i. sua prouidentia perpetua que non est transitoria sicut prouidentia humana: ꝑ permanet duratione infinita. ¶ Notandum ꝙ sicut aliquis dicitur sator qui semina plantarum et arborum proijcit: sic deus dicitur sator inquãtum celum ⁊ terram creauit ⁊ produxit. per celum autem ⁊ terram etiam intelliguntur elementa que sunt in medio. Dicit autem terrarum ponendo numerum pluralem pro singulari per antiphesim. ¶ Notandum ꝙ tempꝰ est duratio successiua: cum sit numerus motus. i. mensura motus secundum prius et posteriꝰ et quarto phisicoꝝ: que duratio procedit ab euo. Vbi notandum ꝙ euum est duratio permanens tota simul nullam habens successionem vel mutabilitatem annexam: ⁊ est idem ꝙ eternitas que est propria duratio dei secundum quã deus est causa temporis. sicut enim deus ꝑ suum esse est causa cuiuslibet esse: ⁊ per suam bonitatem est causa cuiuslibet boni: ita per suã durationem est causa cuiuslibet durationis. ¶ Notandum ꝙ deus est stabilis. i. immutabilis qꝛ nulla specie motus mouetur non generatione ⁊ corruptione cum sit ingenerabilis ⁊ incorruptibilis: nec augmentatione et diminutione cum nõ sit quantus. non alteratione: nec loci mutatione cum sit ꝓpartibilis. ⁊ probat Aristo. octauo phisicoꝝ ex ordine mouentiũz ⁊ mobilium necesse est deuenire ad aliquod primum omnino immobile ⁊ per se ⁊ per accidens. ¶ Notandum ꝙ omnia primo sunt mutabilia vel secundũ esse vel secundum operationem. Si secundum esse hoc est dupliciter: vel secundũ esse substantiale sicut entia generabilia ⁊ corruptibilia: vel secundũ esse accidentale sicut corpora celestia que licet nõ mutentur generatione ⁊ corruptõe: tũ mutantur fm esse locale. Si aũt est mutatio fm operatõem: sic intelligẽtie sunt mutabiles: qꝛ in ipsis est successio intellectionũ. licet ergo nõ mutentur quo ad eẽ: tamẽ quo ad opatõem. Aliter expõitur. Stabilisq̃ manens das cuncta moueri: vel oĩbus spẽbꝰ motũ: vel aliquibꝰ spẽbus motus accipiendo motũ stricte vel large. Aliter exponit. Stabilisq̃ manẽs das cũcta moueri: nõ ꝙ oia moueãtur: sed quicquid mouet ꝛte dãte, mouet. ut si mile genꝰ locutõis bẽ Jo. pmo. Illuminat oẽm hoiem venẽtez in hũc mũdũ: non ꝙ oẽs simul illuminent. Poẽs qui illuminãtur a deo illuminant. ¶ Quẽ nõ exterme. Hic phia ostdit deũ esse benuolũ ex bonitate clemẽtie: qua oia ꝓduxit. ⁊. d. Quem. s. deũ exterme. i. extrinsece cõe ñ pepulerũt. i. nõ coegerũt: fingere. i. cõponere: opus. i. creaturã fluãtis materie que fluit de esse ad nõ esse: et ecõuerso de nõesse ad esse forme: vel ꝓ sed insita. i. intrinseca forma: summi

manens das cuncta moueri. Quem non exterme pepulerunt fingere cause Materie fluitantis opus verum insita summi forma boni liuore carens tu cuncta superno Ducis ab exemplo pulchrum pulcherrimus ipse Mundum mente gerens

* Vnde Platonis in Timeo Cũ vellet deus omnia bona fieri, nihil vero quod malum habetur, malũ quicquid vero quod in omnibus esse videre possit, assumptum non tranquillo conquiescit, sed turbe agitabat et fluctuans, ac ex inordinata dissolutione redegit in ordinem. Sed. fax. ny Tim. p. 73. pri. vel dd.

* Sed. hac Plato, ut faxon p. 73.

# Metrum Mondi

boni id est summe tue bonitatis scilicet pepulit te fingere opus fluitantis materie. O pater tu ducis id est producis cuncta ab exemplo superno id est ab exemplari perpetuo: tuipse pulcherrimus ab omni deformitate elongatus: gerens mente id est memoria plenū mundū seu pulchrum mundum scilicet archetypū: ⁊ formans id est producens ipz mundū sensibilem simili imagine sicut preiuit in mente tua: ⁊ tu subeas mundum perfectuz id est perfecte productū: absoluere id est absolutuz tenere sine defectu alicuius: perfectas partes id est elementa que spectāt ad integritatez mundi. ¶ Notandū ꝙ omne quod necessitatur a causa extrinseca necessitatur ab efficiente vel a fine: quia nō sunt plures cause extrinsece. Efficiens autez necessitat dupliciter: vel violētiam inferendo: vel proijciens lapidem sursuz: vel aliquid conferēdo quo naturaliter moueatur: sicut generans dans formam leuitatis mouet ignem sursum de necessitate nature. deus autem non necessitatur ab efficiente primo modo scilicet necessitate violentie: cum nihil sit potentius eo. nec necessitate secundo modo: cum nihil ab alio recipiat. nec etiam necessitatur necessitate finis: quia non necessitatur ab alio tanꝙ a fine: comparatur ad ipsum sicut imperfectum ad perfectum: eo ꝙ finis est bonuz ⁊ perfectio illius quod est ad finem. deus autem a nullo extrinseco perficitur. ¶ Notandum ꝙ sola bonitas diuina coegit ipsum ad producendum opus fluitantis materie: non autem coegit ipsum necessitādo sz libere mouendo. ¶ Notandum ꝙ inuidia facit ꝙ aliquis bonum alteri non communicat: q̄a inuidia est tristitia de bono alterius: ⁊ quia talis inuidia in deo non est: ideo summaz bonitatem per creationem alijs communicauit. Unde dicit Plato in thimeo. ab optimo inuidia longe relegata est: ⁊ per consequens sibi dissimilis prout naturaliter cuiusq̄ capax beatitudinis esse poterat efficiꝙ voluerit. ¶ Notandū ꝙ sicut in agentibus per naturā forma rei fiende preexistit secundum esse reale: sic in agentibus secundum intellectum forma rei producende preexistit secundum esse intellectuale. sicut artifex volens producere domū oportet formā domus primo in mente preexistere tanꝙ exemplar ad cuius imitationem facit domum in materia. cū igitur deus sit agens per intellectuz producens mūduz: ipse prehabuit in mente sua exēplar mundi ⁊ omniū partiū eius ad cuius imitationē producit mundū extra supple: qui mundus in mēte diuina preexistēs dicitur archetypus: ab archos quod est princeps ⁊ tipos similitudo cuius imago dicitur iste mūdus sensibilis. ¶ Tu numeris elementa ligas. Hic philosophia cōmendat deum ex parte sapientie quo ad specialem effectum productionem. Et primo ex productione elementorū. Secūdo ex productione anime mūdi. Tertio ex productōne nostrarum animarū. Secūda ibi. Tu triplicis. Tertia ibi. Tu causas. ⁊ dicit. O pater tu ligas elementa numeris id est proportōibus numerabilib': vt elementa frigida cōueniant id est cōcordāt: flāmis. i. humidis elemētis: ⁊ vt arida. i. sicca elemēta cōueniant liquidis. i. humidis elementis: ne ignis purior inter elementa euolet. i. exeat sperā suā magis ascēdendo: ⁊ ne pōdera. i. grauitates: deducant. i. magis deorsuz ducant: terras mersas. i. depressas. ¶ Notandū ꝙ elemēta habēt proportionē numeralem inter se. sicut enz duo numeri quadrati cōueniūt in vno medio proportionali: sic duo elemēta cōtraria in duabus qualitatibus cōueniunt in vno elemēto medio ꝓportionali vtriqꝫ. Verbi gratia. Numer' quadratus est q̄ cōstat ex ductu suiꝑ ipsius in seipm dicēdo bis duo: ter tria. bis duo i quaternariū: ⁊ ter tria in nonenariū: ⁊ accipe vnū numerꝫ medium ꝓportionabilē sez senariū: q̄ secōm eandē ꝓportionalē excedit quatuor in qua exceditur a nouē. sicut enz nouē cōtinēt sex ⁊ mediā ptē sex: ita sex cōtinent quatuor: ⁊ mediā ptez quatuor: sic sīlr est in elemētis. Nā ignis ⁊ aqua in duab' qualitatib' cōtrariātur. Ignis enz est calidus ⁊ siccus: aqua frigida ⁊ humida: ⁊ q̄ colligātur vno medio supple

**similiqz imagine formans. Perfectas iubeas perfectum absoluere partes. Tu numeris elementa ligas vt frigida flammis Arida cōueniāt liquidis ne purior ignis Euolet: aut mersas ōducāt pōdera terras**

Est harmonia numerica sic aer qui frigat calidis hybrū. quia nō contrariū aqua ignī contrariū nihil habet aqua. Dec. ad Timaeū vbi plato de harmonia numerica.

aere qui conuenit cum igne in caliditate ⁊ cum aqua in humiditate. similiter est de aere ⁊ terra respectu aque. Scōm hanc sententiam littera sic exponat. Tu ligas elementa numeris. i. proportionibus nūerabilibus: vt frigida. i. aque que frigide sunt: conueniant flāmis. i. ignib⁹ qui calidi sunt per vnum elementum medium qō est aer: ⁊ arida. i. terre que aride sunt conueniunt liquidis. i. partibus aeris que humide sunt per elementū medium qō est aqua. ¶ Tu triplicis mediam nature cuncta mouentem. Dic phia ostendit sapientiam et anime mundi productione. Ubi sciendum ꝙ ista littera cōmuniter exponitur ad interitionem Platonis in thimeo. ſz qz ista expositio est difficillima ⁊ modice vtilitatis: ergo eaz pretermittam et ponam facilem expositionem que est de mente Aristo. Ad cuius euidentiam ē notanduz ꝙ per animam mundi hic intelligit intelligentia mouens orbem que per motum virtutem suaz influit inferioribus: ⁊ hec intelligēcia dr media inter deum et animam humanam. Sicut enim in dignitate ⁊ perfectione exceditur a deo: sic ipsa excedit animam nostram. ¶ Notandum ꝙ intelligentia huius mundi dicitur ē triplicis nature propter tres operationes: quas habet supple mouere orbem: intelligere deū et intelligere seipsam. ¶ Notandum ꝙ orbes celestes dicuntur consona membra intelligētie qz per ipsos tanq̄ per organa ⁊ instrumenta intelligentia influit inferioribus. Licet enim intelligentia prima intentione moueat propter se: tamē secunda intentione mouet propter inferiora. Dis premissis littera plana erit. Unde dicit sic. Tu deus aiam supple mundi que est intelligentia mediam supple inter deum ⁊ aiam humanā: triplicis nature. i. triplicis operatōnis mouentem cuncta supple inferiora per influxum: illam tu connectens resoluis. i. distinguis eam: per consona membra. i. per conuenientes orbes: que anima cuz secta id est diuisa quantum ad operationes: glomerauit. i. impressit motum in duos orbes supple in orbem primi mobilis: ⁊ in orbem planetarum: ipsa reditura id est reflexa: meat id ē procedit in semetipsam supple intelligendo ꝙ est vna operatio: ⁊ ipa circuit mentem profundam. i. mentem diuinam deum intelligendo que est alia operatio: ⁊ ipsa conuertit. i. mouet celum: simili imagine id est intellectōe qō ē tertia operatio eius. ¶ Adhuc nota. Licet corpora celestia sint diuersa. tñ rōne vnitatis ordinis possunt dici vnum corpus. Similiter intelligentie licet sint diuerse: tamen possunt dici vna intelligentia propter vnitatem ordinis in operatione mouēdi: ergo dicit in singulari animam ⁊ non animas. ¶ Tu causis animas paribus vitasq̄ minores. Dic phia ꝓmendat sapiēciam dei et animaꝝ nraꝝ creatōne. d. O pater tu prouehis. i. pducis aias hoim ⁊ minores vitas. i. aias brutoꝝ ⁊ plantaꝝ paribus causis: quib⁹ aiam mūdi pducisti. s. tu aptans sublimes. i. aias rōnales hoim: leuibus curribus. i. celestibus stellis: tu seris eas in celum et terrā. i. in corpora terrena: quas aias ꝓuersas: reducit igne. i. charitate reducente: facis reuerti ad te benigna lege. i. ordiatōe tua. ¶ No. ꝙ aie bestiaꝝ ⁊ plantaruz dūr minoris vite respectu aie hois: eo ꝙ n̄ bñt tot nec ita pfectas opatōes, vite sicut aie hoiz. ¶ No. ꝙ p leues currus fm intentōez platonicoꝝ itelligit stellas cōpares curib⁹. Dixerūt eiz platōici ꝙ de⁹ oēs aias simul creauit ⁊ sciauerit eas in celo delegēdo eas stellis cōparibus a quib⁹ postea dilabāt in corpora. ſ hec opio nō valet. s. ꝙ oēs aie simul sint create: imo oi die de nouo creant: q̄b⁹ creatis corporib⁹ ifundūtur. Dicunt ēt aie fieri i celū ꝓpē virtutē celestem: et qua vnio aie ad corpus contrahit suā periodū. Iz aia a deo pducat in corpe: tñ vnio et parte dispositionū corporaliū dependz a virtute celesti: ió dicit eas seri in celū ⁊ i terrā: qz aie ñ coaptātur corporib⁹ nisi mediāte virtute celesti. vñ. ij. phi. bō eiz boiez gñat ⁊ sol.

Tu triplicis mediam nature cuncta mouentem. Connectens animam per cōsona membra resoluis. Que cum secta duos motuz glomerauit in orbes: In semet reditura meat: mētemqz profundā Circuit: et simli conuertit imagine celuz Tu causis aias paribꝰ vitasqz minores Prouehis: et leuibus sublimes curribus

X Transmigratus finiādo p. 431.

¶ Nota q̄ deus animas creatas aptat leuibus curribus id est stellis cōparibus. quod sic potest intelligi: quia anima creata comparitatem ⁊ similitudinem habet cū stella. Sicut eiꝫ stella est nobilior pars sui orbis ⁊ est perpetua: sic anima rationalis perpetua existens est nobilior pars hominis. vel sic potest intelligi q̄ deus animas creatas aptat leuibus curribꝰ id est rationi ⁊ intellectui que dicuntur currus anime: qui ducunt hominem in cognitionez rerꝝ: quas animas serit in celum ⁊ terraꝫ: quia aīa ratione ⁊ intellectu hꝫ cognitōez celestiū ⁊ terrestriū.

aptans. In celum terramqꝫ seris quas lege benigna. Ad te conuersas reduci facis igne reuertit. Da pater angustam menti conscendere sedem. Da fontem lustrare boni: da luce reperta. In te cōspicuos animi d̄figere visus. Disiice terrene nebulas et pondera molis. Atqꝫ tuo splēdore mica tu namqꝫ serenum. Tu requies tranquilla pijs te cernere finis. Principium vector dux semita terminus idem.

¶ Nota q̄ per ignem reducem intelligit ardorem caritatis que hominem auersum a deo vicijs fecit ipsum redire virtutibus. nisi eniꝫ homo deum amet ipsum non querit: nisi querat nō inueniet: nisi inueniat ad ipsum non reuertetur.

¶ Da pater angustā. Postq̄ philosophia captauit beniuolentiam dei ipsum multipliciter commendando. Hic exprimit suam petitōnem dicens. O pater tu qui facis omnia predicta: da id est concede menti humane: cōscendere angustam sedem id est nobilem sedem summi boni: da lustrare inuestigādo inuenire fontem boni id est deuꝫ qui est fons omnis boni: da luce reperta id est cognitione prehabita in te defigere: scilicꝫ per amorem: cōspicuos visus id est claros intuitus: animi id est ratiōis ⁊ intellectus. O pater tu disiice id est disperge: nebulas id est obscuritates: ⁊ pōdera id est grauitates: terrene molis id est dilectionis terrene: atqꝫ mica id est resplende tuo splendore. tu nāqꝫ es serenum quo supple omnia illustrātur. Tu es tranquilla requies pijs supple mentibus: te cernere id est videre est finis supple omniū. Tu idē existens es principium: quia origo omnium rerum. Tu es vector quia vehis nos per gratiam quo peruenire non possumus per naturam. Tu es dux ducens ab errore ignorantie ad veritatem sapientie. Tu es semitta cum sis via ⁊ veritas: ⁊ per te ad te ipsum peruenitur. Tu es terminꝰ vltra quem nihil queritur: cum sis summum ⁊ perfectum bonum. ¶ Nota q̄ sedes summi boni dicitur angusta id est subtilis: quia vix magno labore ad ipsam peruenitur. vel dicitur angusta id est nobilis: quia nihil sibi comparari potest. Item deum vocat fontem summi boni. sicut enim riuuli habent existere ⁊ fluere a fonte ⁊ ipse a nullo: sic a deo omne bonum habꝫ esse: ipse autez a nullo. ¶ Nota ad hoc q̄ sedes summi boni conscendatur: oportet q̄ inuestigetur: ⁊ quia non sufficit inuestigare si non inueniatur: nec inuenire si non diligatur: ideo philosophia petit per amorem defigi visum animi: scꝫ rationem ⁊ intellectum in summum bonum.

¶ Nota q̄ qꝛ intellectus ⁊ ratio impediuntur ⁊ obscurantur per affectionem ⁊ desideriū terrenorū: qꝛ corpus quod corrumpitur aggrauat animaꝫ quādo corpori est subiecta: iō philosophia petit fugari nebulas terrene molis. ⁊ quia non sufficit fuga tenebrarum: nisi adsit lux illuminans: ideo petit illuminationem dicens. Atqꝫ tuo splendore mica. Item disiicio id est dispergo vel remoueo: ⁊ dicitur a dis prepositōne inseparabili: ⁊ a verbo icoicis.

## Prosa decima libri tertij.

Uoniā igiturque sit imperfecti que etiaꝫ perfecti boni forma vi

¶ Prosa decima libri tertij.

Uoniam igitur que sit imperfecti. Ista est decima prosa huius tertij: in qua philo-

sophia ostendit vbi vera beatitudo sit constituta. ⁊ primo continuando probat beatitudinē perfectam esse in rerum natura. Secundo ostendit in quo sit vera beatitudo ibi. Quo vero. primo dicit. O Boe. quoniam vidisti in precedentibus que sit forma imperfecti boni ⁊ q̄ sit forma perfecti boni: nunc reor id est opinor esse demonstrandum quonam id est vbi hec perfectio felicitatis. i. perfecta felicitas sit constituta: in quo supple inuestigando illud arbitror primū esse inquirendum. An aliquod huiusmodi bonuz perfectū quale pauloante scz octaua pro sa diffinisti possit existere in reruz natura: ne cassa id est vana imago id ē species cogitationis nos decipiat: preter veritatem subiecte rei id est existentē rei. Sed ne quit negari quin existat in rerum natura perfectum bonū et perfecta felicitas: et hoc bonum sit veluti fons omniū bonoruz: et tunc probat ipsuz esse tali rōe. In quo cūcp genere est reperire imperfectum: in eodem est reperire perfectū: sed in genere rerum est reperire imperfectum bonū ⁊ imperfectam felicitatem: vt patet ex pcedentibus: ergo in rerum natura erit dare perfectum bonū ⁊ perfectam felicitatē. Hanc rationē pertractat i littera ⁊ dicit. Omne qd̄ dicitur esse impfectuz: illud perhibetur imperfectum diminutione id ē et defectu perfecti: quo fit vt si in quolibet genere videatur eē quid. i. aliquid imperfectū: in eo genere necesse sit aliquid esse perfectum: et cū pro qz: sublata. i. circūscripta perfectōne nec fingi potest: vnde illud extiterit. i. esse habeat qd̄ perhibetur iperfectū. nec cp enim natura cepit exordium a diminutis et icōsummatis. i. ab imperfectis: sed natura procedens ab integris et absolutis. i. perfectis: dilabitur in hec extrema id ē inferiora: atcp effeta. i. infructuosa. et hoc ergo accipit maior rationis in quocūcp reperitur aliquid imperfectuz: in eodē reperitur perfectuz. Tunc subiungit minorem dicens: vti pro sicut pauloante monstrauimus que est fragilis boni ⁊ imperfecta felicitas: ⁊ ponit conclusionē dicens. ergo dubitari nō potest aliquam solidam: cp pro ⁊ perfectam felicitatem: qd̄ concedens Boetius dicit firmissime ⁊ verissime conclusum est. ¶ Notandum cp in temporalibus ⁊ sensualibus nō potest eē summum ⁊ perfectum bonum. et quia multi sunt qui non putant esse alia bona preter sensualia: ideo ne aliquis putet nullum esse perfectum bonum in rerum natura: philosophia primo antecp ostendat vbi sit istum perfectum bonum probat ipsum esse. ¶ Notanduz cp res subiecta

disti: nunc demonstrandum reor quonaz hec felicitas perfectio constituta sit. In quo illud primum arbitror inquirenduz. An aliquod hui smodi bonū: quale pauloante diffinisti in reruz natura possit existere: ne nos preter rei subiecte veritatem cassa cogitatiōis imago decipiat: sed qui existat sicqz hoc veluti quidam omnium fons bonorū negari nequit. Omne eim quod imperfectum esse dicitur: id minutione perfecti imperfectumqz esse perhibetur. Quod fit vt si in quolibet genere i perfectum quid esse videatur: in eo perfectum quoqz aliquid esse necesse sit. Et enim perfectiōe sublata: vnde illud qnod imperfectuz perhibetur extiterit: nec fingi quidē potest. Neqz enim a diminutis inconsummatisqz naturarerum cepit exordium: sed ab integris absolutisqz procedens in hec extrema atqz effeta dilabit. Quod si vti pauloante monstrauimus est quedam boni fragilis imperfecta felicitas: esse aliquam solidam perfectamqz

est de qua habetur sermo ⁊ cognitio: sed dum cogitamus de re que non est: tunc est cogitatō cassa preter veritatem subiecte rei decipiens nos. ne autem talis cognitio videatur esse summi boni: ideo primo probat ip̄m in rerum esse natura: ¶ Nota. ꝙ imperfectum non potest esse principium rerum: quia perfectum prius est imperfectum: principio autem non est aliq̄d prius: ex quo sequitur ꝙ vbi est imperfectum: ibi est reperire perfectum. ¶ Notandum ꝙ est deuenire ad aliquod perfectum a quo natura incipiēs progreditur ad posteriora īperfecta cuiusmodi sunt hec inferiora que dicūtur extrema ⁊ effecta sunt vltima causatorum non causa aliis inferioribus. ¶ Quo v̄o inquit. Hic philosophia ostendit in quo perfectū bonum siue vera felicitas sit sita Secundo concludit quoddā correlarium. Tertio mouet dubitationem. secunda ibi. Super hec. tertia ibi. Atqui hoc quoq̄. Prio dicit vel ostendit perfectam felicitatem esse in deo constitutaz. Secūdo ostēdit ꝑ quē modū sit i deo ibi. sed queso. Primo ponit vnaz propositionem notam. Secundo ex ea probat intentuz ibi. Ita vero. Primo dicit. Iam probatum ē ꝙ est dare perfectum bonū: quo vero id est in quo: habitet id ē latet: illud perfectum bonum ita cōsidera. Et tunc subiungit propositionem. Omnis conceptio cōmunis humanorum animoꝝ probat id est concedit deum esse bonum: ⁊ in principium omnium rerum. Et ꝙ deus sit quoddam bonum probat per hoc: qꝛ deo nihil melius excogitare queat. i. potest. ⁊ quis dubitat illud esse bonum quo melius nihil est: quasi diceret nullus. ¶ Notandum ꝙ deum esse principium omnium rerum omnes concludunt: sed qꝛ pithagorici duo posuerunt esse principia rerum: vnum bonum aliud malum: ne ergo aliquis occasione huius negaret deum esse bonū: ideo hoc probat ex eo ꝙ nihil potest melius excogitari deo. vnde dicit beatus Augustinus ī libro de doctrina cristiana. Omnes latine lingue scientes: cum aure eorum sonus tetigerit quo profertur deus mouentur ad cogitandum excellentissimam quandam immortalem naturam. ita autem cogitatur deus vt aliquid quo nihil sit melius. ¶ Ita vero bonum esse deum ratio demonstrat ⁊c. Hic probat intentum ꝙ beatitudo siue perfectum bonuz sit sitū in deo tali ratione. Perfectū bonuz est vera beatitudo. Unde dicit in littera. Ratio ista demōstrat deum esse bonum: vt conuincat id est infallibiliter conducat in eo esse perfectuz bonuz. nam nisi deus sit tale scilicet perfectum bonum: non poterit esse principium omnium rerum. si enim non sit perfectum bonum: erit aliquid prestantius eo possidens perfectum bonum: nāq̄ pro quia omnia perfecta claruerunt id est manifesta sunt esse priora: minus integris id est perfectis: quare ne ratio procedat in infinitum: confitendum est summum deum esse plenissimum summi et perfecti boni: ⁊ sic patet minor rationis: scilicet ꝙ in deo est perfectum bonuz. nunc probat maiorem dicens. Sed concessimus id est probauimus nona prosa perfectum bonum esse veram beatitudinez: igitur restat concludere ꝙ necesse est veram beatitudinem sitā esse in summo deo. Cui Boetius consentiens dicit. accipio id est concedo inq̄: nec est quod

non potest dubitari. Boetius. Firmissime inquam verissimeque conclusum est. Philosophia. Quo vero inquit habitet: ita considera deum rerum omnium principem bonum esse: communis humanorum conceptio probat animorum. Nā cum nihil deo melius excogitari queat: id quo melius nihil est bonum esse quis dubitat. Ita vero bonū esse deum ratio demōstrat: vt perfectum quoqz in eo bonum eē conuincat. Nam nisi tale sit: rerum omnium principium eē non poterit. Erit enim eo prestantius aliquid perfectū possidēs bonuz: qd̄ hoc prius atqz an

vllo modo queat contradici. ¶ Notandum ꝙ si deus non esset perfectum bonum sed imperfectum: procederetur in infinitum: sic arguendo. Deus vel est perfectum bonum vel imperfectum: si perfectum habetur propositum: si imperfectum: ergo erit aliquid prius eo: cum perfectum sit prius imperfecto. Illud ergo prius vel est perfectum bonuz vel imperfectum: si perfectum illud erit deus ⁊ habetur propositum. Si imperfectum erit aliquid prius eo: cum perfectum sit prius imperfecto. Iterum queritur de illo priori vel est perfectum bonuz vel imperfectū: ⁊ sic procederetur in infinitum. vt habitur deum esse perfectum bonum: ⁊ hoc innuit in littera cuz dicit. Quare ne in infinitum ratio procedat.

¶ Sed queso te inquit. Dic philosophia ostendit per quem moduz vera beatitudo sit in deo: quia non est in deo tanq̃ aliquid distinctum ab ipso sicut accidens a subiecto: sed est idem cum ipso: quod probat quattuor rationib̃. secunda ibi. postremo. tertia ibi. omnino enim. quarta ibi. respice inquit. Primo premittit intentum suum, cum quadam diuisione: cuius membra improbat dicens. O Boeti. queso te vide ꝙ id sancte id est firmiter ⁊ inuiolabiliter probes ꝙ diximus summum deum esse plenissimum summi boni. ⁊ dicit Boetius. Quonammodo supple hoc probatur. tunc ponit philosophia diuisionem dicens. Presumas id est putas ne hunc patrē omnium rerum accepisse extrinsecus illud summum bonum quo perhibetur esse plenus. vel presumas ita naturaliter habere a se illud bonum: quasi cogites diuersam esse substantiam dei habentis: ꝙ pro ⁊ beatitudinis habite: ⁊ tunc improbat membra. primo ꝙ deus non accepit summum bonum ab extrinseco dicens. Nam si putes bonum quod in deo est extrinsecus acceptum: tunc tu possis id est potes existimare esse prestantius id est melius illud tiquius esse videatur: Omia namqz perfecta miñ integris priora esse claruerūt. Quare ne in infinitū ratio ꝓcedat: cōfitēduz est summū deū: summi ꝓfectiqz boni esse plenissimum. Sed perfectum bonum veram esse beatitudinem constituimus. Veraz igitur beatitudinē in summo deo sitaz esse necesse est. Boeti. Accipio inq̃: nec est quod contradici vllo modo queat. Philosophia. Sz queso inquit te vide q̃ id sancte atqz inuiolabiliter probes ꝙ boni summi summum deum dixímus esse plenissimum. Boet. Quonam inquit modo. Philosophia. Me hunc rerum omnium patrem illud summum bonuz quo plenius esse perhibetur: vel extrinsecus accepisse vel ita naturaliter habere p̃sumas: quasi habentis dei habiteqz beatitudinis diuersam cogites esse substantiam. Nam si extrinsecus acceptuz putes prestantius id quod dederit: eo quod acceperit existimare possis: sed hunc esse rerum omniuz precellentissimuz dignissime confitemur. Quod si natura q̃dē inest: sed rōne diuersum: cū de rerū principe loquamur deo fingat qui potest: qs hec diuersa cōiunxerit: bonum quod dederit: eo quod acceperit scilicet deo: quod est falsum: quia confitemur hunc precellentissimum omnium rerum. Tunc probat ꝙ perfectum bonum in deo non est in ipso naturaliter tanq̃ differens a substantia sua dicens. Quod si natura id est p

naturam inest deo summum bonum: sed est diuersum ab ipso ratione quiditatiua: fingat qui potest qui ⁊ hac diuersa coniunxerit scilicet deum ⁊ summum bonst: quasi diceret non est dare aliquem priorem ista diuersa coniungentem. ¶ Notandum ꝙ ratio quam philosophia pretendit est ista. Summum bonum quod est in deo vel est acceptuz ab extrinseco vel in est sibi naturaliter. si ab extrinseco aliquid erit prestantius ⁊ nobilius deo: qz dans summum bonũ prestantius est recipiente ipsum. si autem inest deo naturaliter vel tanq̃ idez sibi vel tanq̃ diuersuz ab ipso. si tanq̃ idem sibi: habet propositum. si tanq̃ diuersum ab ipo: erit aliquid prius quod ista diuersa coniunxerit. talia autez fingere est difficile. ¶ Postremo qõ a qualibet. Dic philosophia pōit secundam rationem: ꝙ summum bonũ in deo non differt ab ipso. et est ratio talis. Illud quod est diuersum ab alio non est illud a quo est diuersum: si ergo summũ bonum esset diuersum a deo: deo non esset summum bonum quod nephas est dicere. vnõ dicit in littera. Postremo illud qõ est diuersum a qualibet re: illud non est illud a quo videtur esse diuersum: quare quod sui natura diuersum est a summo bono: illud non est summũ bonum. si igitur summuz bonũ ita sit in deo ꝙ secundũ naturam est diuersum ab eo: sequit ꝙ deus non sit summũ bonuz: qõ nephas est cogitare de deo quo nihil constat esse prestantius. ¶ Nota si aliquid esset in deo diuersum ab ipso: deus esset compositus ⁊ non essentie simplicis qõ est falsum. ¶ Item qõ ẽ in deo diuersum ab ipo vel est accidẽs vel pars eius. nõ accidens: qz deus nõ est subiectum alicuius accidentis. ñ est pars eius: cum pars precedat totũ: aliquid erit prius deo: qõ est falsum. ¶ Omo enim nullius rei natura. Dic phia ponit tertiaz rõem que talis est. Illud quod est principiũ oium formaliter est summũ bonũ: qz summũ bonũ non potest ẽ principium: sed deus est principiũ oium: ergo formaliter est summũ bonũ. summũ aũt bonuz est beatitudo: ergo deus formaliter est summa beatitudo. Vnde dicit in littera. Omo. i. generaliter nullius rei natura poterit existere. i. esse melior suo principio: quare qõ oium sit principium sicut deo illud etiã concluserim verissima ratione summũ esse bonũ sui substantia. i. p̃ sui substantiã. cui assentiẽs. B. d. rectissime inq̃ cõclusum ẽ: sed summũ bonũ est bitudiẽ cõcessuz ẽ. Dicit Boe. ita est inq̃. Cõcludit ergo phia. igit necesse est deũ cõfiteri ipam bitudinẽ. d. Boe. nec queo refragari. i. resistere prioribus propositis. i. premissis: ⁊ ego perspicio hoc illatũ ẽ ñ ab illis. i. ad illa. ¶ Nota ꝙ principium omnũ rerum oportet esse summũ bonum substantialiter: qui si aliquid aliud a principio esse summum bonum substantialiter sicut aliquid principiatum: sequitur ꝙ principiatũ sit nobilius suo principio, nã bonũ substantialiẽ nobilis ẽ bo

Postremo quod a qualibet re diuersum est: id non est illud a quo intelligitur esse diuersum: Quare quod a summo bono diuersum est sui natura: id summum bonum non est: quod nephas est de deo cogitare quo nihil cõstat esse prestantiꝰ.

Omo enim nullius rei natura suo principio melior poterit existere: quare quod omnium principium sit: id etiam sui substantia summum eẽ bonum verissima ratione concluserim. Boetius. Rectissime inq̃. Philosophia. Sed summum bonũ beatitudinem eẽ concessuz est. Boetius. Ita est inq̃. Philosophia. Igitur inquit deum eẽ ipsam beatitudinem necesse est confiteri. Boetiꝰ. Nec inquam propositis prioribus refragari queo. Et ab illis hoc illatũ consequens eẽ perspicio.

nō accidentaliter. Item si principium non est bonum substantialiter sed accidentaliter: cum omne quod est tale per accidens reducatur ad aliquid tale per se: tunc principiū reduceretur ad aliquid ⁊ per consequens non esset principium. ¶ Respice inquit an hic. Hic ponit quartam rationem ꝙ beatitudo in deo non differt ab ipso: si beatitudo differret a deo: cum vtrūq; tam deus ꝙ beatitudo sit summum bonum: essent duo summa bona quorum vnum non esset alterum: ⁊ cum vnum deest alteri neutrum erit perfectuz ⁊ summū bonum: quia perfectum est cui nihil deest: ergo necesse est beatitudinem esse idem cuz deo. vnde dicit in littera. O Boeti. respice an hinc quod modo dicam: illud qd̄ probatuz est firmius approbetur duo summa bona esse nō possunt q̄ sint a se diuersa. Etenim liquet id est manifestum est: ꝙ bona que discrepant non esse alterum supple eorum bonorum quod sit alterum: quare cum alterum deest alterutri id est quare cum alterū alteri neutruz poterit esse perfectū: cum perfectum sit cui nihil deest: iz manifestū est illud non esse summum bonum quod non est perfectuz: igitur nullo mō possunt esse diuersa ea que sunt summa bona: atqui pro certe deū ⁊ beatitudinē collegimus esse summum bonuz: quare necesse est ipsam naturam que sit diuitas .i. naturam dei eē summaz beatitudinē. quod Boetius approbans dicit. Nihil verius est ipsa re: nec ratiocinatōe firmius: nec deo dignu? cōcludi potest. ¶ Notandum et quarto thopicorū: quod p superabundantiā dicitur vni soli conuenit: cum igitur summum bonum dicatur per supabundantiā: nō erūt duo summa bona. Item si essent duo summa bona vel essent eiusdē spēi vel differrēt spē. si eiusdē spēi erūt equaliter pfecta: ⁊ vnuz erit superfluū. si differūt specie vnū erit pfectius altero: quia impossibile est duas species esse equaliter perfectas: sed quod est imperfectius non est summū bonū: ergo non sunt plura summa bona. ¶ Super hec igitur inquit. Dic phia concludit ex dictis quandaz conclusionē correlariam dicens. Super hec scilicet predicta ego tibi dabo correlarium id est conclusionē correlariam: ita sez sicut geometre aliquid solent demonstratis suis propositis inferre: que illata ipsi vocant, porismata id est appertiones. ⁊ tunc ponit correlariuz ꝙ omnis beatus est deus quod sic infert: q: adeptione beatitudinis fiunt homies beati: beatitudo vero est ipsa diuinitas vt probatū est: manifestū est homies beatos fieri adeptōne diuinitatis. sed sicut adeptōe iusticie fiūt homies iusti: ⁊ adeptōe sapie fiūt sapientes: ita necesse est adeptōe diuitatis eē bt̄os siue ꝯos Ig; homies beat? ē de?: iz natura q̄dē vn? ds ē ⁊ ñ plēs: pticipatōe ꝯo nihil ꝓhibz plēs ds eē. hac cōclusionē cōmendans Boe. d. Et pulchrū inq̄t hoc sez qō modo cōclusisti atq; preciosum

Philoso. Respice inquit an hic quoqz idē firmus approbetur ꝙ duo summa bona que a se diuersa sint esse nō possunt. Etenim que discrepant bona non esse alterum: quod si alterū liquet: quare neutrū poterit esse pfectuz: cū alterutri alterū deest: sed quod pfectuz nō sit: id summuū nō esse manifestum est. Nullo mō igitur que summa sunt bona ea possunt esse diuersa: Atqui et beatitudinem et deum summuz bonum esse collegimus: quare ipsaz necesse est summam esse beatitudinem que sit summa diuinitas. Boeti. Nihil inq̄t: nec re ipsa verius: nec ratiocinatōne firmius: nec deo dignius concludi potest. Philosophia. Sup hec igit̄ inquit veluti geometre solent demonstratis propositis aliquid iferre que porismata ipi vocāt. Ita ego quoqz tibi veluti correlarium dabo. Nam quoniam beatitudinis adeptione fiunt homies beati, Beatitudo vero ē ip

a πορίσματα

gi a deo.di.Boe. Minime arbitror dubitandū:nec vnq̃ putabo. ⁊ ego breuiter exponā qui bus rationibus accedam ad hoc probandum.⁊ innuit Boe. rationes suas dicens. Hic mū dus minime conuenisset,in vnam formā extram diuersis et cōtrarijs partibus:nisi esset vnus qui tam diuersa coniungeret supple qui est deus:et ipsa diuersitas naturarū huius mundi di scors inuicē dissociaret atq̃ diuelleret coniuncta: nisi esset qui contineret id est conseruaret quod nexuit.i.coniunxit:qd̃ supple est deus.ordo vero naturetaz certus nō procederet:nec explicaret tam dispositos motus id est ordinatos motus locis temporibus efficientia spacijs qualitatib': nisi esset vnus qui ipse manēs.sum mobiliter disponeret has varietatum mutationes. quicquid autez hoc est quo condita.i. creata manent: agitantur id est,mouentur: illud vsitato,cūctis vocabulo nomino deuz. ¶ Nota q̃ Boe.innuit tres rationes q̃ mundus regatur a deo. prima sumitur ex diuersarū rerum cōiunctione que talis est. Diuersa et cōtraria non vnitūtur inuicem per se.cuz igitur,mundus vnitus sit ex partibus cōtrarijs vt ex elementis:oportet vt aliquis sit,vniens eas:hoc est deus: ergo mundus regitur a deo. Hāc rationem tangit ibi.mundus hic. Secūda ratio sumitur ex contrariorum simul contūcrorum conseruatione que talis ē. diuersa ⁊ cōtraria ex ꝓprietate sue nature dissociantur ab inuicem: nisi ab aliquo conseruentur:sed partes mūdi sunt diuerse ⁊ contrarie: ergo ⁊c.hāc rationem tangit ibi. Conuncta vero. Tertia ratio sumitur ex ordinata motuum dispositione que talis est.nihil certitudinaliter et regulariter mouetur secundum dispositionem loci temporis efficientie spacij ⁊ qualitatis nisi sit vnum rectificans et regulans.Sed motus eorum qui sunt in mundo fiunt regulariter secundum predicta quinq̃:ergo necesse est ponere rectificationem ⁊ regulantem qd̃ est deus:ergo mundus regitur a deo. Hanc rationem tangit ibi.Non tam vero certus.

¶ Notandum q̃ regulares motus fiunt in mundo locis q̃tum ad proximationem ⁊ elongationem solis i obliquo circulo.fiūt etiā tpib' q̃tū ad variationē diei ac noctis.fiūt efficētia: q: luna efficit augmētationē ⁊ diminutionē humidoꝝ fm sui crescētiā ⁊ decrescentiā:⁊ efficit fluxū ⁊ refluxū maris.fiunt etiā ordinati mot' spacijs:q: luna ⁊ alij planete maiori ⁊ minori spacio quādoq̃ distāt a sole ⁊ ab inuicē.etiā fiūt qualitatibus:q: in estate causatur calor: in hyeme frigus. ¶ Tum illa cū hec inquit ita. Hic phia supposito q̃ mūdus regatur a deo: p̃bat q̃ regatur ab ipso p̃ suā bonitatē. ⁊ dicit. O Boe.cum hec ita sentias q̃ mundus regitur a deo:puto mihi restare paruam operam id est paruum laborem: vt tu compos id est potens felicitatis:sospes id est sanus: reuisas patriam id est cognoscas beatitudinem. Tunc

te minime dubitandum putabas. Boeti. Nec nunc quidem arbitror inq̃ nec vnq̃ dubitandum putabas. Philosophia. Quibusqz ad hoc rationibus accedā breuiter exponā. Mundus hic ex tam diuersis contrariisqz partibus in vnā formam minime conuenisset: nisi vnus esset qui tā diuersa coniungeret: cōiuncta vero naturarum ipsa diuersitas inuicem discors dissociaret atqz diuelleret: nisi esset vnus qd̃ nexuit contineret. Nō tā vero certus nature ordo procederet: nec tam dispositos motus locis temporibus efficientia spaciis qualitatibus explicaret: nisi vnus esset qui has mutationū varietates manēs ipse disponeret. Boe. Hoc quicquid est quo condita manent atqz agitātur vsitato cūctis vocabulo deū nomino. Philo. Tum illa. cū hec inquit ita sentias paruā mihi restare operā puto: vt felicitatis cō

probat ꝙ deus regat mundum sua bonitate. d. intueamur que proposuimus: nõne numeraui mus supra in nona prosa in beatitudine esse sufficientiã: ⁊ concessimus deũ esse ipsam beatitudinem. d. Boe. Ita est quidẽ. ex hoc cõcludit philosophia deũ nullo indigere ad regendũ mundũ. di. ergo ad mundum regendũ deus nullis extrinsecis adminiculis indigebit. alioquin si ita esset ꝙ aliquo egeat nõ habebit plenã sufficientiã. ⁊. d. Boe. illud inq̃ est necessarium. ideo concludit philosophia.

Deus cuncta disponit id est regit per se solũ. d. Boe. Negari neq̃t. sed deus monstratus est esse ipm bonũ. memini inq̃. d. Boe. ergo per bonum deus cuncta disponit siquidem p se regit omnia que cõsensimus esse bonum: ⁊ hic est deus veluti quidã clauus atq̃ gubernaculum quo machina mũdana seruatur stabilis ⁊ incorrupta Dicit. B. vehemẽter id est valde assentior. ⁊ illud te dicturam paulo ãte prospexi: licet tenui suspicione. Dicit philosophia. Credo inq̃t ꝙ hec prouidisti. iam enim vt arbitror vigilantius q̃ prius deducis oculos ad vera cernenda.

¶ Notandum ꝙ et littera accipiuntur due rationes ad probandũ intentum. Prima ratio probat ꝙ deus p se regit oia ⁊ taliter. In beatitudine est summa sufficiẽtia: sz deꝰ est beatitudo: ergo in deo ẽ summa sufficiẽtia. tale aũt nõ indiget extrinsecis gubernaculis: ergo deꝰ p se regit oia. Scõa rõ probat ꝙ deꝰ p suã bonitatẽ q̃ nõ distinguitur a deo regit oia sicut deꝰ p se regit oia vt vtiuz est: sz deꝰ est ipsuz bonũ: ergo p bonũ regit omnia: vt patet de se q: sua bonitate ⁊ clemẽtia. ¶ Sed qõ dicam. Dic ponit per quẽ modũ deꝰ omnia gubernat. Et primo ostendit ꝙ omnia gubernat suauiter: q: oia sibi obediũt. Scõo ꝙ gubernat oia fortiter: q: nihil sibi resistere põt. Scõa ibi. Quid si conetur. Primo dicit. Illõ qõ dicã nõ minus pz ad cõtuendũ. i. ad desiderandũ. ⁊ dicit Boe. ¶ Quid inq̃. Et dicit philosophia. Cũ deus iure credatur omnia gubernare clauo bonitatis sue: ⁊ omnia festinẽt naturali intẽtione ad bonũ sicuti docui prius in prosa decima. Num pro nũq̃d põt dubitari quin volũtarie regantur sponte: ⁊ conuertant se ad nutum disponentis veluti conuenientia id est obedientia: ⁊ cõtemperata. i. coaptata suo rectori. dicit Boetius. Ita inq̃ necesse est: q: nõ videretur beatũ esse regimen dei: si foret iugum detractantũ. i. recusantium: sicut bos lasciuus recusat iugum: ⁊ si non esset salus obtemperantium id est obedientium. ergo dicit philosophia. nihil est quod naturam seruans conetur id est laborat contraire deo. dicit Boetius. Nihil inquam.

pos patriã sospes reuisas: sed que propo
suimus intueamur. Nõne in beatitudie
sufficientiam numerauimus: deũq̃z beati
tudinem ipsam esse concessimus. Boeti.
Ita quidem. Philosophia. Et ad mun
dum igitur inquit regendum nullis extri
secis adminiculis indigebit: alioquin si ali
quo egeat: plenam sufficientiã non habe
bit. Boe. Id inq̃ ita est necessariũ. Philo
sophia. Per se igitur soluz cũcta dispo
nit. Boe. Negari inq̃ nequit. Philoso:
Atqui deus ipsum bonũ esse monstratus
est. Boeti. Memini inq̃. Philosophia.
Per bonũ igitur cuncta disponit. Siqui
dem per se regit omnia que bonũ esse con
sensimus: et hic est veluti quidam clauus
atqz gubernaculum quo mũdana machi
na stabilis atqz incorrupta seruatur. B.
Vehemẽter assentior inquã: et id te pau
lo ante dicturam tenui: licet suspicõne pro
spexi. Philosophia. Credo inquit. iã eiz
vt arbitror vigilantius ad cernẽda vera
oculos deducis. Sed quod dicaz non mi

¶ Nota ꝙ cum gubernare nihil aliud sit nisi in finem ordinare: nec aliud est deum per bonitatem gubenare q̄ per bonitatem in finem dirigere: et cuz omnia naturaliter tendant ad bonum tanq̄ in finē: manifestuz ē ꝙ omnia sponte in finem diriguntur: ⁊ ita naturaliter omnia sponte obediūt gubernanti: ⁊ per cōsequens deus regit omnia suauiter. ¶ Notandum ꝙ volūtarium secundum perfectā sui rationem tantū inuenitur in hēntibus voluntatez: sed extēdendo voluntarium ad omnē appetitum non coactuz sic potest reperiri in omnibus: ⁊ sic accipitur hic. ¶ Nota ꝙ nihil seruans naturā repugnat deo. licet eniz peccator videatur deo repugnare: ipse non seruat naturā: qz peccatū diminuit ⁊ deprauat naturā. etiā Boe. loquitur hic de appetitu nature: vt patet ex superioribus.

nus ad contuendum patet. Boe. Quid ī quā. P. Cū deus īquit oīa bonitatis clauo gubernare iure credat̄ eadēqz oīa sicuti docui ad bonū naturali ītētōe festinēt. Num dubitari potest quin voluntarie regantur: seqz ad disponētis nutum veluti conuenientia cōtemperataqz rectori spōte conuertant. Boe. Ita inq̄ necesse est: nec beatum regimen esse videretur siquidem detractantium iugum foret non obtemperantium salus. Phi. Nihil ē igitur quod naturaz seruans deo cōtraire conetur. Boe. Nihil inq̄. Phi. Quid si cōetur ait: num tandez proficiet quicquā et aduersus eum quem iure potentissimum beatitudinis eē concessimus. Bo. Prorsus inq̄ nihil valeret. P. Non est igitur aliquid quod summo huic bono vel velit

¶ Quid si conetur ait num ⁊c. Hic ostendit phia ꝙ deꝰ regit omnia fortiter: qz nihil est ꝙ possit sibi resistere. Secundo confirmat hoc per quandā fabulam ibi. Accepisti primo dicit. Si quid conetur resistere deo: nunquid aliq̄d proficiet aduersus eum quē concessimus esse potentissimum iure beatitudinis. i. ex eo ꝙ est beatitudo. dicit Boe. prorsus nihil valeret supple resistere. Igitur dicit phia. non est aliquid qd huic summo bono vel velit vel possit obsistere. dicit Boe nō arbitror. ideo dicit phia. summū bonum est qd regit cūcta fortiter suauiterq; disponit. dicit Boe. q̄. i. q̄tuz me ea summa rationum que modo conclusa est: nō modo. i. non tantūmodo me delectant: verum pro sed hec ipsa verba: quibus vteris multo magis delectant me: ita vt stulticiam. i. me stultum: lacerantem. i. mala reprehendentem magna que tangunt diuinam gubernationem pudeat sui. tunc confirmat per fabulam ꝙ nihil potest resistere deo: que talis est. Gigantes volentes expellere deos de celo posuerunt montem super montez vt ascenderent. quod videns iupiter ipsos fulmine deiecit: ⁊ mōtibꝰ depressit: et hec in secundo methamorphoseos. Unde dicit. o Boeti. Accepisti id est didicisti in fabulis: gigantes lacessentes. i. lacerare volentes celum: sed fortitudo benigna scilicet dei: illos disponit id est deposuit vti condignum fuit. ¶ Nota philosophia hic alludit verbis sacre scripture que dicit. Attingit ergo a fine vsq; ad finem fortiter: et disponit omnia suauiter: ideo dicit Boetius. se non tantum delectari in istis rationibus quantum in suis verbis. ¶ Sed vis ne rationes ipsas inuicem. Hic philosophia concludit ex dictis ꝙ malum nihil sit. primo petit assensum Boe. dicens. vis ne ipsas rationes id est propositiones ratione probatas: inuicem collidamus id est componamus forsitan ex conflictatione huiusmodi dissiliat id est procedat quedam pulchra scintilla veritatis. et dicit Boetius. fiat inq̄ tuo arbitratu id est tua voluntate. Tunc ponit propositionem manifestam dicens. nemo dubitaue

rit deum esse omnipotentem. dicit Boe. Nullus prorsus ambigat qui mente cosistat id est qui sane mentis est. tunc assumit aliam propositionez dicens. qui vero est omnipotēs nihil est qd̄ ille non possit. dicit. Boe. Nihil inq̄. tunc ponit aliam propositionez. deus nō potest facere malum. dicit Boe. Minime inq̄. igitur cōcludit phia. malum nihil est cum illud facere nō possit ille qui nihil non potest facere id est omnia facere. ¶ Nota sicut deus est causa efficiens omnium: ita est finis omnium. vnde q̄c quid fit ab eo: ordinatur ad ipsuz tanq̄ ad finem: si ergo deus faceret malum ordinaretur ad ipsum tanq̄ ad finem: ⁊ cum ipse sit bonum, malū ordinaretur ad bonū: ergo deus nō potest facere maluz tanq̄ aliquid per se intentum. est ergo conclusio quaz philosophia infert q̄ malū nihil est. ratio conclusionis est. deꝰ potest facere omne qd̄ est cū sit oīpotens: sed deus nō potest facere malū: ergo malū nihil ē. Et si diceres si malū nihil est: cū hō dānetur pro malo dānatur pro nihilo. dicendū q̄ malum dicit defectum boni nō negatiue: sed priuatiue: ⁊ ideo malū est defectus boni quod deberz habere in ptāte hoīs est illd̄ habere: ⁊ si nō habeat illud bonū, cuz deberet habere: iō damnatur. ⁊ ponitur exēplum. Aliquis tenetur soluere cētum libras: ⁊ si nō soluat incarcerabitur. certū est q̄ nō soluere nō est aliq̄d: sed nihil: nō tamē simpliciter dicitur aliq̄s incarcerari pro nihilo: sz ideo qz nihil erat qd̄ d̄buit aliquid esse. ¶ Ludis ne inq̄. Dic Boe. mouet questionē philosophie. Secundo phia soluit ibi. Tum illa. Primo Boe. admirans de cōnexione ⁊ cōuolutōne rōnuz q̄bꝰ phia vsa ē. Querit vtruz ista cōnexio rōnū sit ex d̄lusione phie: vel proueniat ex natura rei. ⁊ breuiter illas ratōnes recolligit ⁊ dicit. O phia ludis id ē deludis ne: me texēs id est formās: laborintū i. laborē difficilē rōibus faciēdo rōes circulares: quo scz laborinto egrediaris ea pte qua introieras: ⁊ egrediare eo loco quo introieris: tu cōplicas q̄dē orbē admirabilē diuine simplicitatis. i. facis mirabilē circulatōem rōis in diuina simplicitate. ⁊ tūc breuiter recolligit rōnes dicēs, tu pauloāte icipiēs a btitudīe dicebas eā, eē summū bonū quē btitudinē tu loq̄bare cēsitam in summo deo: ⁊ differebas deum esse summum bonum ⁊ plenam beatitudinez: ex quo dabas id est inferebas: quasi munusculum id est correlarium neminez esse beatuz nisi esset deus. rursum tu loquebaris formam boni esse substātiaz dei ⁊ beatitudinis: ⁊ dicebas ip̄m vnū

vel possit obsistere. Boe. Non inq̄ arbitror. Philosophia. Est igitur summū bonū inquit quod regit cuncta fortiter suauiterqz disponit. Boe. Tuz ego inq̄ me non modo ea que conclusa summa rationum: verum multomagis hec ipsa quibꝰ vteris verba delectant: vt tandem aliquādo stulticiam magna lacerantez sui pudeat. Philosophia. Accepisti inquit in fabulis lacessantes celum gigantes: sed illos quoqz vti condignum fuit benigna fortitudo disposuit. Sed vis ne ratōnes ipsas inuicem collidamus forsitan ex huiusmodi conflictatione pulchra quedam veritatis scintilla dissiliat. Boetius. Tuo inq̄ arbitratu. Philosopia. Deuz inquit esse omnipotentez nemo dubitauerit. Boetius. Qui quidem inq̄ mente consistat nullus prorsus ābigat. Philosophia. Qui vero est inquit omnipotēs nihil est quod ille nō possit. Boetius. Nihil inq̄. Philosophia. Num igitur deus facere maluz nō potest. Boetius. Minime inq̄. Philoso. Malum igitur inquit nihil est cū id facere ille nō possit qui nihil non pōt. B. Ludis ne iq̄ me iextricabilē laborītū rōi-

esse idipsum quod bonum: ⁊ illud bonum dicebas esse quod peteretur a natura omnium rerum: et tu disputabas .i. disputando probabas deum regere vniuersitatem gubernaculis bonitatis: ⁊ cuncta volentia parere id est obedire deo: nec vllaꝫ esse naturam mali: ⁊ hec omnia explicabas nullis rationibus sumptis extrinsecus id est non accipiendo principia extrinseca: sed insitis id est intrinsecis: et domesticis id est propriis et conuenientibus probationib⁹ rei de qua agebat altero assumpto: trahente fidem id est certitudinem ex altero. ¶ Nota laborim⁹ dicebatur domus dedali: quā cū aliquis intendebat intrare exiuit ⁊ exeundo intrauit: et consueuit depingi circularibus protractionibus: ⁊ transumitur hic ad designandum circulares et reuolutōnes rationum. ¶ Nota ꝙ circunlocutio et connexio rationuꝫ quibus philosophia vsa est non est sic circularis ꝙ vna et eadeꝫ propositio sit principium et conclusio respectu eiusdem: qꝛ sic non cōtingit demonstrare circulo: vt pꝫ primo posterioꝝ: sed dicitur connexio circularis: qꝛ rationes ex se inuicem dependent: ita ꝙ propositio conclusa in vna sit principium alterius conclusionis in alia: nec propter istas diuersas conclusiōes est aliqua diuersitas in deo sed omnia sunt idem simpliciter. ¶ Tum illa minime inquit. Dic philosophia respondit Boe. ad q̄stionem: et dicit. minime ludimus sed nos exegimus id ē perfecim⁹ munere dei quem duduꝫ deprecabamur rem maximam omniuꝫ rerum. ea eim id est talis est forma id ē dispositio diuine substantie: vt neqꝫ in externa id est in exteriora: dilabatur id est cadat: nec ipa suscipiat aliquid externum id est extrinsecuꝫ in se: quod probat auctoritate Permenidis: quam primo ponit in greco: deinde sensum eius subiungit in latino dicens. Sed sicuti Permenides ait de ea s. substātia dīna ꝙ diuina substantia reꝝ orbē mobilez rotat. i. mutat res circulatōe gn̄atōis et corruptionis: ⁊ mutando res ipsa nō mutat: ꝑ se imobilē cōseruat. O Boe. si nos agitauimus .i. cognouim⁹ rōes: ñ extra .i. nō ab extrinseco: petitas id est sumptas: sed collocatas ītra rei ābitū: quā .s. rē tractabm⁹: nihil ē ꝙ de hoc āmirere: cū .i. ex quo tu didiceris Platōe sanxiēte .i. ꝯfirmāte ꝑmōes oportere eē cognatos .i. ꝓprios ꝯuēientes reb⁹ q̄b⁹ sup. reb⁹ loquūt

bus texēs que ne quidē qua egrediaris ītroeas: nunc vero quo introieris egrediare: admirabilem quandaꝫ diuine simplicitatis orbem complicas. Etenim pauloāte a beatitudine incipiēs eā summū bonū eē dicebas: quā in summo deo sitā loquebare: ipsum quoqꝫ deum summum eē bonum: plenāqꝫ beatitudinē differebas: ex quo neminē beatum fore: nisi qui pariter deus esset quasi munusculū dabas. Rursus ipsam boni formaꝫ dei ad beatitudīs loquebaris eē substantiam: ipsumqꝫ vnū idipsum eē bonum dicebas quod ad omnium rerū naturā peteretur. Deum quoqꝫ bonitatis gubernaculis vniuersitateꝫ regere disputabas: volentiaqꝫ cuncta ꝑere illi: nec vllam mali esse naturā: atqꝫ hec nullis extrinsec⁹ sumptis: sed altero ex altero fidem trahente insitis domesticisqꝫ ꝓbationibus explicabas. Philosophia. Tuꝫ illa minime inquit ludim⁹: rēqꝫ omnium maxime dei munere quē dudum deprecabamur exegimus. Ea est eim diuīe forma substātie: vt neqꝫ in externa dilabatur: nec in se externuꝫ aliquod ipa suscipiat. Sed sicut de ea Permenides ait. omnē tu circulo adducis spōte multitudinē:

Πάντοθεν εὐκύκλου σφαίρας ἐναλίγκιον ὄγκῳ

¶ Nota q̃ sermones accipiendi sunt secundum materiam subiectam: q̃ certitudo non est simpliciter querenda rationibus: ex primo ethicorum vbi dicitur q̃ disciplinari est tantum inquirere certitudinem secũdum vnũqõq genus. Ꝗtũ natura rei patitur. Cũ igitur deus sic regat omnia preter hoc q̃ cõmisceatur cũ eis ex libro de causis: sermones de diuina substantia accipiendi sunt secundum intranea diuine substantie ⁊ non secundum extranea: cum non commisceatur cum eis.

¶ Metrum. xij. tertij libri.

Felix q̃ potuit boni. Istõ est duodecimum metrũ ⁊ vltimus huius tertij qõ dicitur gliconicus ab inuentore: coriambicum a pede predominante. Primo enim ponitur spondeus dicendo felix. Secũdo coriambus dicendo. Qui potuit. tertio pirrichius vl trochens. In quo metro postq̃ phia ostendit q̃ nisi va beatitudo ⁊ vbi sit ista: hortatur nunc ad perseuerandum in cotemplatoe illius beatitudinis. Et primo ponit illum esse felicem q̃ relictis terrenis vacat diuine cõtemplationi. Secũdo ostẽdit q̃d huiusmodi cõtemplationẽ impedit. Tertio illud impedimẽtũ vitare docet. secũda ibi. quondã. Tertia ibi. nos hec fabula. Primo dicit. Felix supple est q̃ potuit visere i. desiderabiliter videre lucidũ fontem boni. i. deũ qui est fons omni boni: ⁊ felix est qui potuit soluere vincula. i. affectiones: grauis terre. i. frenos q̃ sua grauitate trahũt hominem deorsum. ¶ Notandũ q̃ felix est qui speculatur fontem boni ⁊ qui contemnit delectationes terrenas. vnde in libro de pomo ⁊ morte Aristotelis scribitur. Beata est aia que nõ est infecta prauis operationibus huius mundi: ⁊ intellexit suũ creatorẽ: ipsa est que reuertetur in locum suũ in deliciis magnis. ve autem anime que nõ habet posse redeũdi ad patriã suam. turpia enim opera ⁊ delectationes corporales impediunt ascensum eius sursum. ¶ Quondam funera coniugis vates. Hic ostendit quid impediat contẽplationem diuinorũ: q̃ affectus terrenorum: quod declarat per quandam fabulam que talis est. Orpheus filius Caliope fuit cytharista: qui tanta dulcedine cytharę resonabat: q̃ non tantũ boues: sed etiam bruta allexit: ⁊ intantum ea demulsit q̃ impetus suos naturales dimittebant: fluuias cruere: flumina stare fecit. hic habuit vxorem dictam Euridicen: quã cũ pastor Aristeus adamare vellet: ipsa fugiẽs ⁊ prata calcato quoda serpẽte interiit ⁊ ad inferos descẽdit. quã Orpheus volẽs ab inferis reducere: deos superos sua cytharа placare cepit: sed cũ nõ proficeret ad infernũ descẽdit: ⁊ in ipsos deos ifernales deliniuit q̃ ⁊ concessa est ei vxor: tali modo: q̃ ãteq̃ exiret ifernũ nõ

id est rerum orbem mobilem rotat: dum se immobilem ipsa conseruat. Quod si ratõnes quoq̃ non extra petitas: sed intra rei quam tractabamus ambitum collocatas agitauimus: nihil est quod admirere cum Platone sanctẽ didiceris cognatos de q̃bus loquũtur rebus oportere eẽ sermões.

Metrum duodecimum tertij libri.

Felix qui potuit boni
Fontem visere lucidum.
Felix qui potuit grauis
Terre soluere vincula.
Quondam funera coniugis
Vates thracius gemens
Postq̃ flebilibus modis
Siluas currere mobiles:
Amnes stare cogerat.
Iussitq̃ intrepidum latus
Seuis ceruia leonibus.
Nec visum timuit lepus:

flecteret retro aspectum vxorem respiciendo. Cum aūt iam prope exiuisset. Orpheus amor allectus retrospexit ⁊ sic vxorem pdidit. Circa istam fabulā sic procedit. Primo ostendit qmo Orpheus ad inferos descendēs pro vxore rogauit. Secūdo quomodo monstra infernalia placuit. tertio ostendit quomodo vxori concessa fuit ⁊ eā perdidit. Secūda ibi. stupet. tertia ibi. tandem. dicit primo. vates trabitius id est orpheus de trabitia prouincia oriundus: dictus vates. i. sapiēs a multis: ille quōdam gemens id est deplorās: funera id est mortem coniugis: postq̄ cogerat amnes. i. fluuios stare: fluuias currere mobiles post ipsum flebilibus modis. i. modulatōibus cythare quas flēdo formauit: ⁊ postq̄ cerua iunxit intrepidū latus suis leonibus: q: cerua cum leonibus incedebat sequēdo modulatōes Orpheī: nec lepus timuit canem visum: tā placidū id est placatum: cantu id est sono cythare: q: lepus ⁊ canis simul sequebantur ipsum. Cū aūt feruor id est amor: flagrātior id est ardētior: vrere intima id est interiora pectoris Orpheī: ⁊ cum modi id est modulatōnes: qui cuncta subegerant id est subuiserant: non mulcerent id est non placarent: dominum id est orpheum: ipse querens superos id est deos immites: q̄a placari nō poterat: adijt domos infernas. i. infernales illic temperans blanda carmina sonantibus cordis: ipse deflet id est flebiliter decantat in

Jam cantu placidum canem
Cum flagrantior intima
Feruor pectoris vreret.
Nec qui cuncta subegerant
Mulcerent dominum modi:
Immites superos querens
Infernas adijt domos:
Illic blanda sonantibus.
Cordis carmina temperans:
Quicquid precipuis dee
Matris fontibus hauserat:
Quod luctus dabat impotens:
Quod luctum geminans amor
Deflet trenara commouens.
Et dulci veniam prece.
Umbrarum dominos rogat:
Stupet tergeminus nouo

cythara quicquid hauserat ex precipuis fontibus matris scz de caliope: ⁊ ipse deflet qō luctū impotēs qui facit hominē impotentē sibi dabat. i. cōcessit: ⁊ deflet illud quod dabat sibi amor geminās luctū: qui cōmouēs trenara. i. inferna ⁊ rogat dnos vmbrar. i. infernales: dulci prece veniā. i. relaxatōez sue vxoris. ¶ Nota fm Aristo. ij. metha. ⁊ cōmentatorē tertio celi ⁊ mūdi. Nō oēs accipiūt veritatē p eundē modū: tū propter diuersaz cōsuetudinē: tū propter diuersaz naturā: tum ppter paucitatez instructōis in logica. Unde q̄daz recipiūt veritatē per modū demōstratōnis. quidā p modū auctoritatū. q̄dā p modū fabularū. vt ergo phia talibus satisfaciat: aliqui demōstratōibus: aliqui auctoritatibus vtitur: aliqui fabulas interserit sicut in pposito. ¶ Notandū q̄ orpheus dicitur vates: q: carmia cōposuit. dicitur aūt vates a vimētis vel a video. ¶ Notandū q̄ trenara dicūtur quasi lamētabilia a trenus treni qō est lamētatio: ⁊ trenarus in singulari numero est nomē cuiusdā mōtis: in quo dicitur esse via ad infernū. in plurali numero trenara significat loca infernalia: sicut dicit hugui. Cōmuniter autē inuenitur istud nomē scriptū sine. r. in prima syllaba. ⁊ dicitur tenara vel tenarus sicut in decriuali. tenarus infernus. tū Dug. scribit totū p. r. vt trenarus ⁊ trenara. Unde forsan ex vicio scriptorum qnq̄ subtrahitur. r. ¶ Stupet tergemin' nouo. Dic ostēdit qmo Orphe' monstra inferni placauit di. Jānitor inferni q̄ dicitur cerberus q̄si vorator carnū: ille tergemin'. i. habēs tria capita cāina captus fuit: nouo carie. i. melodia prius inaudita: ⁊ stupet. i. admiratur. Tunc ostēdit quomodo alia monstra placauerit dicēs q̄ tres furie infernales: Tesiphōe:

Alecto: Megera: que sunt vltrices scelerum inferentes metum peccatoribus: iste lachrymabantur propter dulcedinem cytharę. vnde dicit dee. i. furie vltrices scelerum. i. peccatorum que dee agitant id est verant: sontes id est peccatores: metu. i. timore: iste meste iaz madent id est fluunt lachrymas. Tunc tangit remissionem pene quorũdã in inferno. et primo Jrionis. Vbi sciendum q̃ Jrion voluit concubere cum Junone. cũ autem Juno interponeret nubẽ Jrion proiecit semen in Nubem: ex quo nati sunt centauri. ipse autem adiudicatus in inferno continuo voluitur in rota: que rota stetit Orpheo modulante. vnde dicit velox rota non precipitat id est non deiecit caput Jrionum. i. Jrionis sup. Orpheo canente. Tunc tãgit remissionẽ pene Tãtali. vbi nota q̃ tantalus dicitur laceraſſe proprii filiũ dans eum dijs ad comedendũ pro qua damnatus fuit. Dicitur aũt in inferno habere aquam vsq̃ ad mentũ et poma pendentia ante os: ⁊ tamẽ deficere siti et fame. cũ enim vult sumere aquã vel pomum fugiunt ab eo. iste Tantalus spreuit flumina Orpheo canente. vnde dicit Tantalus perditus. i. cõsumptus: longa. i. magna siti spernit flumina. tunc ostendit remissionẽ pene Titij. vnde sciẽdũ ẽ q̃ Titij voluit concubere cũ Lacona matre Appollinis quẽ appollo interfecit ⁊ in inferno relegauit: cuius iecur vultur deuorat. Orpheo autem canente vultur cessauit lanisare iecur eius. vnde dicit. Dum vultur est satur modis id est modulationibus Orpheinõ traxit id est non laniauit iecur Titij. ¶ Tandez vicimur arbiter. Dic ostendit quomodo Orpheo vxor sua concessa fuit et qũo eam perdidit di. tandem arbiter. i. iudex vmbrarũ: iste miserans. i. misericordiaz habens ait. nos vincimur: donamus. i. restituimus viro. s. Orpheo comitẽ cõiugem: emptã. i. cõparatã carmine suo: sed lex. i. cõditio coerceat ista dona: ne phas sit sibi deducenti vxorẽ flectere lumia. i. oculos respiciendo vxorez dũ liquerit i. reliquerit tartara. Et tunc exclamat. d. Quis dat. i. imponit legẽ amãtibus. q. d. amor non dz coerceri lege: q̃ amor maior lex est sibi. i. amor maior ẽ lege. ⁊ subdit. heu ꝓpter termios noctis. i. inferni: Orphe' Eurydicem vxorem suaz vidit respiciendo a tergo: eam perdidit ab inferis non ducendo: occidit i in ferno eam relinquendo. ¶ Notandum q̃ apud inferos arbiter id est iudex vmbrarum dicitur adamandus qui cogit animas ad fatendum peccata

Captus carmine ianitor.
Que sontes agitat metu
Vltrices scelerum dee
Jam meste lachrymis madent:
Non Jrionum caput
Velox precipitat rota
Et longa siti perditus
Spernit flumina tantalus.
Vultur dum satur est modis:
Non traxit titii iecur.
Tandem vincimur arbiter
Vmbrarum miserans ait
Donamus comitem viro.
Emptam carmine coniugem.
Sed lex dona coerceat.
Ne dum tartara liquerit
Phas est lumina flectere.
Quis legem dat amantibus.
Maior lex amor est sibi.
Heu noctis prope terminos.
Orpheus erudicem suam
Vidit perdidit occidit.
Nos hec fabula respicit.
Quicunqz in supernum diem

commissa: ⁊ vnicuiq; secundū merita sua penam distribuit. Iste adamantus dixit. bonemus viro coiugem. ¶ Notandū q̄ amor non potest lege coerceri. nā ex intenso amore homo sepe trāsgreditur legem: ⁊ amor fortior est ad aliquid implendum q̄ lex ad coercendum. ideo dicit. quis legem dat amantibus: maior lex est sibi: quasi diceret propter quid lex amor datur amantibus: cum per se lex dura sit amare. ¶ Eos hec tabula respicit. Dic philosophia applicando fabulam ad propositum hortatur nos vitare impedimentum contemplationis summi boni. ⁊ dicit. O homines q̄cumq; queritis. i. vultis ducere: mētem id est mētis cōtemplationē: in supernum diem id est in supernam claritatē hec fabula iam dicta respicit vos: quia ad vestram informatōem inducta. Nā qui victus affectu terrenorū fleterit lumina id est oculos rationis ⁊ intellectus in tartareum specus id est in terrena que ducūt ad terrenam profunditatem. Quicquid precipuum id est bonum trahit laborando: illud perdit dum videt inferos. i. dum intendit terrenis ⁊ temporalibus que sunt infima. ¶ Nota q̄ cōcupiscentia ⁊ affectus terrenorū impediūt cōtemplationem summi boni. Unde Boe. in tractatu de summo bono dicit. Inordinata concupiscētia multos impedit a summo bono. Quosdā eiz pigriciā sequi videmus. Quosdā eniz delectationes sensuales. quosdā eniz desideria auri ⁊ argēti: et ceptis paucis viris bonorādis phia: qui cōtemnūt sensus desideria ⁊ sequūtur desideria intellectus. ⁊ ppe finē ciusdē tractatus dicit. phūs maxime delectat in p̄mo principio in cōtemplatōne sue bōitatis. ⁊ hec sola recta est delectatio. hec eniz est vita philosophorū sine qua nemo vuit vita recta. ⁊ subdit. philosophū aūt voco oēm hominē viuētem ordine nature: tendēs in alta ⁊ finēs vitā: qui acq̄rit vltimū finem ⁊ optimū vite humane: qui est deus gloriosus benedictus in secula seculorum. Amen.

¶ Explicit liber Tertius de consolatione Philosophie.

Ec cū phia dignitate vult⁹. Dic incipit quartus liber de cōsolatōe phie cui⁹ hec est psa prima: in qua phia assignat cās q̄re mala cōcedātur in regno dei: cū oīm reruz rector bon⁹ existat scz de⁹: ⁊ pbat bonos semp eē potētes: ⁊ malos impotētes. ⁊ ſſ curvicia nunq̄ sunt sine pena: ita virtutes nunq̄ sunt sine p̄mio. Probat etiā q̄ oīa fortuna tā pspera q̄ aduersa bonis est ad pfectū: malis aūt ad interituz. Etiā pbat q̄ oīa q̄ fiūt a deo recte fiūt ⁊ alia plura sicut patebit. Et diuidit iste liber in quatuordecim ptes: q: septen sunt prose ⁊ septē metra huius quarti: de q̄bus patebit in processu. Primo ergo ostēdit Boe. quō intentionē phie adhuc parātis plura dicere interrupit pponendo cās sui doloris. Scōo phia pmittit sibi pfectā curā. Tertō dat modū curādi ipz. scōa ibi. Tū illa ⁊ cēt. tertia ibi. Et qm̄. Et quarto prosequitur intentionē ipm curādo i sequēti psa ibi. Tū ego. Primo ostēdit quō interrupit intentionē phie volētis plura loq̄. Scōo probat causas sui doloris. Scōa ibi. Sz ea ipsa est. Prio dicit cū phia cecinisset. i. decātasset: b̄ scz p̄dicta: seruata leuiter. i. delectabilr: q̄ p ⁊ suauiter. i. dulciter: seruata dignitate. i. reuerētia: vult⁹ scz sui: ⁊ grauitate oris i. frōtis sup. sui. Tū. i. post b̄ ego scz Boe. nodū. i. ñ adhuc: oblit⁹. i. imemor: pēit⁹. i. oīno: istis merorīs. i. irrisoci dolorīs: ego. b̄. abrupi. i. interrupi intentōez. i. ppositū phie: parātis. i. intendētis dicere adhuc aliquid: ⁊ inq̄. i. dico: preuia id est preambula: veri luminis id est perfecte

Mentem ducere queritis.
Nam qui tartareum in specus
Victus lumina flexerit.
Quicquid precipuum trahit:
Perdit dum videt inferos.

Libri quarti prosa prima.

Ec cum. Philosophia. Dignitate vultus et oris grauitate seruata leuiter suauiterq; cecinisset
Tū ego nondū pēitus istis merorīs oblit⁹

cognitionis: scz illa que tua oratio.i.tuus sermo: fudit id est locutus est: hucusqz.i.ad istum librum quartum: patuerunt id est manifesta fuerunt indicta id est insolubilia: tum.i.aliquando: diuina speculatione.i.sancta contēplatione: tum id est aliquando sui scilicet ipsius: tum i.aliquando tuis rationibus.i.demonstrationibus: sed ea id est illa predicta: ⁊ si pro quāuis oblita mihi nuper.i. aliquando ob dolorem iniurie sup.q̄ perpessus sum a Theodorico rege gottoꝝ: nō tamen dixisti prorsus id ē omnino hec.s.predicta: ignorata.i ignota: antehac.i. hucusqz. ¶ Nota ꝙ dignitas ē honesta ⁊ imperiosa auctoritas. Dicitur aūt phia habere dignitatē vult⁹ ꝓpter sui honestatem: q: ſm Tullium. sola sapientia est que meretur honores: ⁊ propter sui auctoritatē que digna est imitatione. ēt phia dicitur esse grauis ore.i.stabili sermone: q: sermōes phi firmitate rationū sunt stabiliti. ¶ No. cum philosophia ostendisset quid sit summū bonum ⁊ in quo situm sit: ⁊ fecisset exhortationē ad illud querendū: intendebat ostendere modum quo ad illud peruenitur: sed anteq̄ expleret illam intentōnem: Boe. velut auidus ad sciendum quedā quorum ignorantia detinebat ipsum in merore interrupit intentionem phie volentis plura dicere. ¶ Notā. ꝙ philosophia dicitur preuia veri luminis: q: ipsa clarificat aīaz ⁊ trahit eā ab obscuritate ignorātie ad lucē sapientie et ad claritatem intellectus: ex libro de pomo Aristo. Vel ideo dicitur preuia veri luminis: q: per ipsaz tanq̄ per viam homo peruenit ad cognitiōem veri luminis qđ est deus: q: scribitur in libro de pomo ꝙ ꝑ phiam homo cognoscit suum creatorē qui de nihilo fecit oīa: qui est inceptor oīm inceptoruz et oīm principiorum principiū. ⁊ ibidem scribitur. oportuit vt phia mitteretur ad instruendū ignorantes: ⁊ eos qui non cognouerūt suum creatorem. ¶ Sed ea ipsa est vel maxima. Hic Boe. proponit causas sui meroris.d. Sed ea ipsa est causa nostri meroris: ⁊ maxīa causa ꝙ cum rector rerum scilicet deus bonus existat vel esse mala oīno possint vel pretereant impunita: qđ saltem si nullum aliud inconueniens sequeretur: considera quanta sit dignum admiratione: atq̄ pro sed huic adiungitur.i.additur aliud maius sup. admirandū: nā pro q: imperante.i.precipiente: ⁊ florente.i.vigente: nequitia.i.nequitiosis hoībus: virtus id ē homo virtuosus: nō solum.i.non tantum caret premijs: verūetiam ipsa virtus subiecta id est subita calcatur pedibus.i.potentijs: sceleratorum id est malorum. et ipsa virtus luit id est patitur: supplicia.i.penas: in locū facinoꝝ.i.viciosoꝝ loco: que.s. predicta fieri.i.permitti: i regno.i. in mūdo scientis oīa.s.dei ⁊ potenti oīa: ſ volentis et intendentis tantūmō bona nemo sat̄ nec admirari nec conqueri pōt.i.querimoniā facere. ¶ Nota ꝙ mala fiunt in mundo. patet quia ratio semper deprecatur ad bonum. cum ergo mali non regantur iudicio recte rationis sed vincantur passiōibus ire et concupiscentie: ideo deficiunt a bono. Item superabundātia

ītētionē dicere adhuc aliquid parātis abrupi. et inq̄ veri preuia luis que hucusqz tua fudit oratio: cū sui speculatione dīnatum tuis rōibus inuicta patuerūt. Eaqz mihi et si ob iniurie dolorē nuper oblita: non tamen antehac porsus ignorata dixisti. Sz ea ipsa est vel maxīa nostri causa meroris: quod cū rerum bonus rector existat vel esse omnino mala possint vel īpunita pretereant. Quod solum quanta dignum sit admiratione profecto cōsidera: at huic aliud maius adiungitur. Maz imperante florenteqz nequitia virtus nō solum premiis caret verumetiam sceleratorum pedibus subiecta calcatur: et in locum facinorū supplicia luit. Que fieri in regno scientis omnia potentis omnia: sz bona tantummodo volentis dei: nemo sa

defectus sunt de genere malorum: cum virtus consistat in medio. cuz igitur in pluribus sit superabundantia ⁊ defectus: patet ꝙ mala sunt in mundo. Cum aūt omnia dependeant a deo celum ⁊ tota natura ⁊ deus essentialiter sit bonus: mirabile est quomō mala esse possunt vel saltem permaneant impunita. ¶ Nota ꝙ quia boni attingunt finem omniū rerū scz summū bonum: ideo sunt potētes: mali aūt qz hoc ipsuz attingere nō possunt sunt impotentes. Et q̄a Boe. in primo libro sexta prosa dicit se ignorare quis sit finis omnium rerū: ideo putabat bonos esse impotētes malos autē potētes. ⁊ de hoc Boe. āmiratur: vt patet in littera: ⁊ ista est vna causa sui doloris. ¶ Tum illa. ⁊ esset inquit. Hic philosophia promittit Boe. perfectam curā que consistit in pertractōne huius materie dicēs. O Boeti ⁊ esset infiniti stuporis id ē āmiratiōis: ⁊ esset horribilius omnibus mōstris. i. difformitatibus si in dispositissima id est in ordinatissima domo scz in mūdo tāti patriffamilias scilicet dei colerētur i. honorarēt: vilia vasa. i. mali homines: ⁊ si preciosa vasa id est boni homines: sordescerent id est vilescerent sicut tu estimas: sed non est ita. nā si ea q̄ pauloāte conclusa sunt seruātur incōuulsa. i. integra i sui veritate: tu auctore id est doctore ipso deo de cuius regno nunc loquimur cognosces sp̄ bonos esse potentes: malos vero impotentes: nec vnq̄ vicia esse sine pena: nec sine premio esse virtutes: ⁊ cognosces bonis semper coniungere felicia ⁊ malis infortunata: ⁊ cognosces multa id genus id est huius generis qui corroborent te firma soliditate: sed contra aduersitatem fortune querelis tuis sopitis id est remotis. ¶ Notādum sicut postea patebit omnia que fiunt recte fiunt a deo. cum igitur ordo iusticie req̄rat vicia puniri virtutes remūerari: si mali manerēt impuniti ⁊ boni irremūerati: esset sic ꝑuersus ordo in domo dei: scilicet in mundo quod est horribilius omnibus monstris. ¶ Et quoniam vere formam. Hic philosophia dat modum curandi ipsum Boetiuz dicens. Quoniaz dudum scilicet in tertio libro vidisti formam vere beatitudinis me monstrante id est docente: omibus decursis id est pertransitis que puto necessarium pretermittere: ostendam tibi viam que te tenebat id est reducat domum id est ad cognitionē vere beatitudinis: ⁊ ego affigam id est apponam tue mēti: pennas id est rationes quibus mens possit se tollere in altum vt depulsa perturbatione cōtingente tibi ex affectu bonorum temporalium: reuertaris sospes in patriam meo ductu mea semita meis vehiculis id est meis rationibus demōstrabilibus. ¶ Nota ꝙ per pennas quas philosophia promittit affigere menti Boetij intelligitur speculatio ratōnis ⁊ intellectus: virtus ⁊ sapientia. sicut enim auis volando in altum deducitur auxilio pennarum: sic mens humana speculatione rationis ⁊ intellectus virtute ⁊ sapientia erigitur in contemplationem summi boni.

tis pōt nec admirari nec conqueri. Philophia. Tum illa. et esset inquit infiniti stuporis omnibusqz horribilius mōstris sicuti tu estimas in tanti velut patriffamilias dispositissima domo vilia vasa colerētur: preciosa sordescerent. Sed nō ita est. Nam si ea que pauloante cōclusa sunt inconuulsa seruantur: ipso de cuius nunc regno loquimur auctore cognosces semper quidem potentes bonos esse: malos vero abiectos semper atqz imbecilles: nec sine pena vnq̄ esse vicia: nec sine premio virtutes: bonis felicia: malis semper infortunata contingere. Multaqz id genus que sopitis querelis firma te soliditate corroborent. Et quoniam vere formaz beatitudinis me dudum monstrante vidisti.

¶ Metrum primum quarti libri.

Unt etenim penne volucres mihi. Istud est primum metrum huius quarti: cuius primus versus dicitur metrum alemanicum ab inuentore: dactilicū a pede predominante. secundus versus dicitur metrum archiloicum ab inuentore: iambicum a ped predominante: in quo metro philosophia ostendit viam ꝑ quam peruenitur ad cognitionē summi boni. ⁊ est ꝑ consideratione creaturaꝝ que gradatiz sunt transcendende quousq; inueniatur aliquid qd̄ pemineat omni creature: ⁊ istaz viā tradit sub similitudine auis volantis. Prio ergo tradit viam qua mens perueniat ad cognitionez summi boni. Secundo ostendit quid mens iudicabit cum illic peruenerit. secunda ibi. huc te. Primo dicit. dixi ꝙ affigam pennas menti tue. Sunt eteniz mihi pēne volucres i. veloces scz virtus et sapientia que conscendant. i. penetrāt: celsa. i. alta poli. Quas scz pēnas cum mens velox sibi induit. i. assumit: ipsa perosa. i. odio habens terras despicit eas querēdo vlterius creatorem: ⁊ mens superat globuz. i. spericū corpus imēsi aeris cognoscendo ꝙ vltra aerē est creator. Nubes videt post terguz: qr vltra nubes querit cognitoem summi boni: ⁊ transcendit verticē i. summitatem ignis: qui ignis calet ex agili id ē veloci motu: etheris id est celi: et vlterius procedit mens inuestigādo: donec surgat id ē eleuetur: in domos astriferas id est in orbem planetarū: et coniungat vias suas phebo id est soli inuestigando ꝙ sol non est deꝰ: donec comitet iter gelidi senis. i. saturni qui est supra solem. mens inq̄ existens miles chorusci syderis id est dei qui est splendidum sydus: ⁊ vlterius ascendit supra orbes planetarum: donec recurrat id est pertranseat circulum: astri id est celum stellatum quo scz astro pingitur id est ornatur micans nox: qr nox stellis firmamēti illuminatur: vbi id est postq̄ satis fuerit exhaustum id est speculatione euacuatū ꝙ nulla stellarum est deus: mēs vlterius transcendit: donec relinquat extimum polum. i. vltimum celuz: q; pro et premat dorsa velocis etheris id est firmamēti: scilicet compos id est potens verendi luminis: scilicet dei. hic supra vltimum polum dominus regū tenet sceptrum id est imperium: ⁊ temperat. i. moderatur: habenas. i. regimina orbis: ⁊ supple manens stabilis in se regit volucrem. i. velocem: curruz. i. circularē motū corporꝝ celestiū: deꝰ existens choruscus arbiter. i. splēdidꝰ iudex reꝝ.

quo etiaz sita sit agnouisti decursus oībꝰ
que pretermittere necessarium puto: viaz
tibi que te domum reuehat ostendam.
Pēnas etiā tue menti quibus se in altuz
tollere possit affigam: vt perturbatōe de
pulsa: sospes in patriam meo ductu: mea
semitta: meis etiā vehiculis reuertaris.

Metrum primum libri quarti.

Unt etenim pēne volucres mihi
Que celsa conscendāt poli
Quas sibi cum velox mēs induit
Terras perosa despicit
Aeris immensi superat globum
Nubesq; post tergum videt
Quiq; agili motu calet etheris
Transcendit ignis verticem
Donec in astriferas surgat domos
Pheboq; coniūgat vias
Aut comitetur iter gelidi senis
Miles chorusci syderis
Vel quocūq; micans nos pingitur

# Prosa Secūda

¶ Notandum ꝙ dicit ignem calere motu celi: et quo videtur ꝙ calor nō sit propria: ⁊ per se qualitas ignis cuī sibi debeatur per motum celi. Sed dicendum ꝙ locus non solum est causa conseruatiua locati: sed omnium accidentium naturaliter consequentium. Unde quia celum est locus ignis: sed etiam ipsius caloris ignem consequentis. ⁊ quia propria dispositio celi secundum quam habet caliditatem super omnia est motus eius: ideo dicit ignē calere motu celi: non excludens per hoc quin calor per se sit qualitas ignis.

Recurrat astri circulum
Atq; vbi iam exhaustum fuerit satis
Polum relinquat extimum
Horsaq; velocis premat etheris
Compos verendi luminis.
Hic regum sceptrum dominus tenet
Orbisq; habenas temperat:
Et volucrem currum stabilis regit
Rerum choruscus arbiter.
Huc te si reducem referat via
Quam nunc requiris immemor
Hec dices memini patria est mihi.
Hinc ortus hic sistam gradum
Quod si terrarum placeat tibi
Noctem relictam visere:
Quos miseri toruos populi timent
Cernes tyrannos exules.

¶ Notandum ꝙ saturnum vocat gelidum senem: non ꝙ sit gelidus formaliter sed effectiue. Est enim effectiuus gelu ⁊ frigoris. ⁊ dicitur senex: q̄a motus eius tardus est ad modum senis. nam cursum suum cōplet pluri tempore q̄ sol vel luna. ¶ Duc te si reducē. Dic ostēdit philosophia quid mens tua dicabit: cum trāscendit creaturas ⁊ peruenit in cognitionem dei dicens. O mens si via referat id ē ducat te: reducen id est reuertentes a temporalibus: huc id est ad cognitionem dei: quaī viam nūc immemor requiris. tu dices. Ego memini q̄ obnubilata fui affectu temporalium. Dic scilicet in contemplatōne dei est mei patria. hic scilicet a deo est ortus meus: quia ad eius imaginem creata. hic sistam id est in contemplatione dei figam gradum id est ponam finalem quietem. Quod si placeat tibi existenti in cognitōne dei visere id est cum desiderio videre noctem terrarum relictam: tu cernes i. videbis: toruos tyrannos id est crudeles p̄ncipes quos miseri populi timēt, illos toruos esse exules a vera patria sua. ¶ Notandum secundum apostolum. Non habemus hic manentem patriam. sed futuram inquirimus. hec enim est vera patria a qua anima rationalis per creatorem a deo exiuit: ad quam nisi reuertatur: esse quod a deo accepit affectione terrenorum deturbata prorsus amittit. propter quod dicit in secundo metro tertij libri. Repetunt proprios quecq̄ recursus. Reditu suo singula gaudent. Nec manet vlli traditus ordo. Nisi qō finem iūxerit ortum. Stabilemq̄ sui fecerit orbem.

## Prosa secunda quarti libri.

Um ego pape inq̄. Dic incipit secunda prosa huius quarti. Circa quam est sciendum ꝙ philosophia in primo libro sexta prosa inuestigando causam et radicem infirmitatis Boe. cognouit ꝙ Boetius ex ignorantia finis rerum malos homines po

## Prosa secunda quarti libri.

Um ego pape inq̄. Dic incipit secunda prosa huius quarti. Circa quam est sciendum ꝙ philosophia in primo libro sexta prosa inuestigando causam et radicem infirmitatis Boe. cognouit ꝙ Boetius ex ignorantia finis rerum malos homines po

m tiū

tentes: bonos vero impotentes putabat. Item ꝙ ignorabat quibus gubernaculis mundus regatur fortuitarum vices estimabat fluitare sine rectore. q: vero phia iaz ondit quid sit finis rerum a quibus gubernaculis mundus regatur: nunc phia vult adhibere. B. perfectā curā remouēdo dolores in quos Boe. incidit ex ignorantia premissarū. Et primo philosophia hoc petit. ⁊ phia secundo illud prosequitur. ibi. primū igitur. Dicit prio. Tum igitur. s. finito sermone phie. Ego Boe. inq̄. Pape ē admirantis. O philosophia tu magna promittis: nec dubito qui possis efficere. i. in effectum producere: tu modo ne moreris id est nō protrahas me quem excitaueris scz ad audiendum. ¶ Notandū ꝙ sapiens nihil promittit qd̄ adimplere non possit: q: opus sapientis est non mentiri. ergo di. Boe. phie. Sicut magna promittis non dubito quin efficere possis. ¶ Primuz igitur inquit. Hic phia prosequitur intentū. ⁊ prio probat bonos semper esse potentes ⁊ malos impotentes: cui⁹ oppositū putabat Boe. Et tangit prio modū per quē vult hoc ostēdere. Secundo ostendit ⁊ probat intentum suum rationibus. ibi. Duo sunt. Primo dicit. O Boeti primum licebit vt agnoscas bonis semper adesse potentiam: ⁊ malos esse desertos. i. priuatos cūctis viribus quorum alterum scilicet bonis semper adesse potētiam demonstratur ex altero scz ex hoc ꝙ mali sunt viribus deserti. et huius causam subdit. d. Naz cum bonuz ⁊ malum sint contraria si bonum esse potens constiterit: liquet id est manifestū fuerit: imbecillitas. i. impotētia mali, atsi fragilitas clarescat mali: firmitas boni nota est. Sed vti pro sicut abūdantior sit fides nostre sententie alterutro calle. i. vtraq̄ via procedam confirmās proposita: nunc hinc scilz ex firmitate boni nunc inde ex fragilitate mali. ¶ Notandū ꝙ phia dictū suuz ꝙ si boni sunt potentes: mali sunt impotentes: fundat super consideratōem topicam: si ꝓpositum in propoto: ⁊ oppositum in opposito: vt si sanitas est bona egritudo est mala. dicit ꝙ velit procedere vtraq̄ via ex potentia bonoꝝ probando impotentiam maloruz: ⁊ ex impotentia maloꝝ potentiam bonoꝝ: q: si tm̄ vnū istoꝝ probaret ⁊ ex hoc reliquū concluderet per locum a contrariis: esset argumentū verisimile et nō necessariuz: ⁊ ideo vtrāq̄ partez vult ꝓbare ⁊ ex vtroq̄ reliquum concludere. ¶ Duo sunt quib⁹ oīs. Hic phia ꝓbat intentū rōibus. Scdo excludit quādā dubitatōem ibi. Sz possunt. tertio cōfirmat principale intentuz auctoritate Platonis ibi. Ex quib⁹ oībus. primo probat bonos semp esse potentes: malos impotentes duabus rōibus. Scdo ad idez ondendū cōcernat breues rōes ibi. sed qm̄ te. Prima in duo fm duas rationes. Scda ibi. Rursus inquit. Prio premittit duo necessaria ad primā rōem. Scdo ex his arguit ibi oēs igr̄ boies. Prio premittit vnū necessariū. scdo aliud ibi. Memisti igitur.

moreris. P. Primum igiutr īquit bonis semper adesse potentiam: malos cunctis viribus eē desertos agnoscas licebit: quorum quidam alterum demonstatur ex altero. Nam cum bonuz malumqz cōtraria sint: si bonuz potens esse cōstiterit: liquet ībecillitas mali. atsi fragilitas clarescat mali: boni infirmitas nota est: sed vti nostre sententie fides abundantior sit alterutro calle procedam: nunc hinc nūc inde proposita cōfirmans. Duo sunt quibus omnis humanorum actuum constat effectus: voluntas scilicz ac ptās: quorum si alterutruz desit: nihil ē quod explicari queat. deficiente enim voluntate: nec aggreditur quidē quisqz qd̄ nō vult: ac si potestas absit volūtas frustra fit: quo fit vt si quem videas velle adipisci qd̄ minime adipiscatur: hinc obtinendi qd̄ volue

Prio.d. Duo sunt principia quib⁹ constat.i.permanet oīs effectus humanoꝝ actuū.s.voluntas:ac pro ⁊ potestas:quoꝝ si alteruz desit nihil est qđ queat effectu explicari.i.fieri:qđ declarat.deficiente eim voluntate nullus effectus producitur:qꝛ nullus aggredit qđ nō vult:at si ptās absit volūtas frustra fit.qđ fit.i.ex quo sequitur:vt si videas quē.i.aliquē velle adipisci qđ minime adipiscat:non possis dubitare huic defuisse valentiā.i.potentiaz obtinendi qđ voluerit.⁊ ideo dicit Boetius perspicuū est: nec vllo modo negari potest.⁊ subdit phia.Quem vero videas effecisse qđ voluerit: num.i.nō dubitabis eū: licet potuisse nō habuisse potentiam. Et dicit Boe.Minime.Tunc philosophia cōcludit tanq̄ manifestuz ex dictis dicēs. Illud qđ quisq̄ potest:in eo est validus.i. potēs. quod vero nō potest: in eo est censendus.i.iudicādus:imbecillis.i. impotēs esse.⁊ dicit Boe.fateor i q̄.¶ No.q̄ phia dicit nullus aggreditur quod non vult. Contra aliquis nolens interficit hoīem vel ledit hoīem: ergo aliquis aggreditur qđ non vult. Item aliq̄s cogitur facere aliquid contra volutatem suā: ⁊ sic aggreditur qđ nō vult. Dicitur q̄ phia loquitur hic de effectu spontaneo: qui ex intentione procedit: non de eo qui casu contingit.vnde dicendū ad primū q̄ volūtas potest cōparari vel ad ip̄am actionem quā aliquis primo aggreditur ⁊ sic non deficit voluntas.vel potest cōparari ad consequēs illam actionē:⁊ sic potest deficere voluntas: vt si aliquis nolens hominē interficit.Ad secundum dicendum.illud quod quis coactus facit est voluntarium mixtuz: tamen simpliciter est inuoluntarium. aliquis enim coactus magis hoc vult facere q̄ sustinere penam vel perdere vitam:et ita respectu talis defectus non deest voluntas:sed quantum ad actum interiorem voluntas semper libera est et cogi non potest.¶ Meministi igitur inquit. Hic philosophia premittit secunduz vtile ad rationem:et est resumptio quorūdam prius dictorum dicens. Meministi ne esse collectum id est conclusum superioribus rationibus omnē intentionem humane voluntatis festinare id est tendere ad beatitudinem:que voluntas agitur id est ducitur diuersis studijs.Respondet Boetius. Memini inquam illud esse demonstratum. Item querit philosophia. Nunquid recordaris beatitudinem esse ipsum bonum:q̄ pro et eo modo desiderari bonum ab omnibus:cum beatitudo petitur id est desideratur. Respondet Boetius. Minime recordor:quoniam pro qꝛ illud teneo fixum id est stabilitum memorie.

¶ Notandum ꝙ coniectare est ex aliquibus signis aliq̄d putare: ⁊ sic philosophia coniectat per locum a communiter accidentibus dubitationem Boetij: quia communiter quicunqz loquebantur de prouidentia ⁊ libero arbitrio dubitabant de compassibilitate eorum. ¶ Nimium inq̄. Hic Boetius exprimit suam dubitationem ostendens prouidentiam ⁊ liberum arbitrium esse incompassibilia. Primo facit hoc. Secundo excludit quasdam vias quibus aliqui conabantur defendere prouidentiam ibi. Quid igitur. Ad probandum ergo incompassibilitatem predictorum ponit tres rationes. Secunda ibi. Ad hec. Tertia ibi. Postremo. Primo ponit primam rationem. Secundo excludit quandam solutionem eius ibi. Neqz enim vel factum aliud. Primo dicit. Nimium videtur aduersari ⁊ repugnare deum prenoscere vniuersa:

et esse vllum libertatis arbitrium. ꝙ autem ista repugnant probat. Nam si deus prospicit cuncta neq; vllo modo falli potest: necesse est euenire illud qđ ꝓuidentia preuiderit esse futurum. qđ si nõ eueniret falleretur prouidentia quare si ab eterno non modo id est non tantum facta hoim sed etiam consilia et voluntates prenoscit: nulla erit libertas arbitrij: sed omnia euenirent de necessitate. ꝙ aũt deus sua prouidentia oĩa prenoscat declarat. Neq;.n. poterit existere aliquod factũ vel aliqua voluntas nisi quã presenserit.i. presciuerit prouidentia diuina: nescia.i. non potẽs falli: nec possunt aliter euenire ꝙ ꝑuisa sunt. Naz si valent detorqueri aliorsuz scz vt aliter eueniant ꝙ preuisa sunt: nõ erit iam firma presciẽtia dei: sed potius erit icerta opinio qđ iudico nephas credere de deo.

¶ Notandum ꝙ ex littera sic formatur ratio. Illa que prouidẽtur infallibiliter de necessitate eueniunt: sed omĩa prouidentur a deo infallibiliter: ergo omnia de necessitate eueniunt: ⁊ sic perit libertas arbitrij. ¶ Notandum ꝙ scientia dei nõ est opinio: qꝛ opinio ẽ eorũ que sic ⁊ aliter se possunt habere: ex primo posteriorum. Scientia autem est eorum que ñ possunt se aliter habere: ergo sciẽtia dei non est dicenda opinio.

¶ Neqz enim illam probo rationem. Hic philosophia excludit quandam responsionem que posset dari ad predictam rationez ⁊ primo ponit eam. secundo eaz excludit ibi. Quasi vero. Primo dicit. Neq; enim probo id est approbo illam rationem id est responsionem: qua quidaz credunt se posse dissoluere nodum id est difficultatem questionis. Aiunt enim non ideo quid venturum: quoniam prouidentia prospexerit illud esse futurum id est venturum: sed potius econtrario id est econuerso: quoniam quod futurum est illud non posse latere prouidẽtiaz diuinaz: quasi diceret euentus rei est causa prescientie ⁊ nõ ecõuerso: et ideo ex euentu debet concludi necessitas prescientie: non econuerso secundum eos: et isto modo necessarium est hoc quod concluditur de euentu relabi in contrariam partem: scilicet vt quod concluditur de euentu: hoc concludatur de presciẽtia. Neq; eniz necesse est contingere que prouidentur secundum eos: ꝑ que ea futura sunt necesse est prouideri.

¶ Notandum ꝙ prior ratio pretendebat ꝙ omnia futura de necessitate eueniant: quia deus futura infallibiliter preuidet. responsio autem quorundam dicit contrarium. Dicit enim non ideo: quia deus preuidet futura necessario eueniunt: sed qꝛ futura sunt: ideo deꝰ ea ꝑuidet.

esse preuiderit. Quare si ab eterno nõ facta hoim modo: sed etiã consilia voluntatesqz ꝑnoscit: nulla erit arbitrii libertas. Neqz.n. vel factũ aliud vllũ vel quelibet existere poterit volũtas: nisi quam nescia falsi ꝓuidentia dĩna presenserit. Nã si aliorũ quã preuisa sunt detorqueri valent ñ iã erit futuri firma ꝑscientia: sz opinio potius incerta: qđ de deo credere nephas iudico. Neqz.n. illam probo rõem qua se quidam credunt hunc questionis noduz posse dissoluere. Aiunt enim non ideo qđ eẽ euenturum: quoniam id prouidentia futurum esse prospexerit: sed econtrario potius: quoniam quod futurum est: id diuinam prouidentiam latere non posset: eoqz modo necessarium est hoc in contrariam relabi partem. Neque enim necesse est contingere que prouidentur: sed necesse est que futura sunt prouideri.

¶ Quasi vero que cuiusq; rei causa sit prescientia. Hic excludit istam responsionē dicens. Ista responsio procedit quasi laboraretur querendo cuius rei causa sit prescientia: vtrum sit causa necessitatis futuroꝝ: vel vtrū necessitas futuroꝝ sit causa prouidētie. sed nos nitamur id est laboramus hoc demonstrare: scz necessariuz esse euentum reꝝ prescitarū quoquo modo id ē quocūq; modo se habeat ordo causaꝝ. Etsi pro q̄uis prescietia nō videatur inferre necessitatē eueniendi rebus futuris: qd̄ declarat exemplo dicēs. Si aliq̄s sedeat necesse est opinionē esse veram que cōiectat cū sedere: ⁊ ecōuerso si de aliquo vera sit opinio qꝛ sedet: necesse est eum sedere. igitur in vtroq; scz in opinione ⁊ sedēte est necessitas. in h̄ scz in sedēte est necessitas sedenti: in altero scz in opinione est necessitas veritatis: sed non idcirco quisq; sedet supple casualiter: quoniaz vera ē opinio: q̄a veritas opinionis non est causa sessionis: sed hec scz opinio potius est vera: quoniam precessit quēpiam id est aliquez sedere. ⁊ ita cuz causa veritatis ex altera parte procedit: tamē in vtroq; est cōmunis necessitas. ⁊ eodē modo contingit arguere de prouidentia ⁊ de his que prouidentur: Unde dicit. patet id est manifestū est ratiocinari de prouidētia ⁊ de rebus futuris. Naz ⁊ si pro q̄uis idcirco prouidētur quoniam futura sunt: non tamen ideo eueniunt quoniaz prouidentur: nihilominꝰ tamen necesse est a deo vel ventura prouideri vel prouisa euenire: ita ꝙ vtriq; parti inest necessitas q̄uis alteri casualitas: qd̄ solum satis est id est sufficit ad perimendam libertatem arbitrij. ¶ Notādum ꝙ responsio ista quam innuit in littera videt fuisse ipsiꝰ Origenis: qui supra epistolam ad Roma. sic dicit. Non propterea aliq̄d erit: qꝛ illud deus scit futuruz: sed quia futurum est ideo scitur a deo anteq̄ fiat. qd̄ tñ pōt intelligi dupliciter. Uno modo ꝙ euentus rei sit causa prescientie secundum rationez consequentie: ⁊ sic responsio est vera. Alio modo potest intelligi ꝙ euentus rei sit causa prescientie secūdum existentiam: ⁊ sic est falsa: ⁊ hoc modo improbatur hic a Boe. Primo ergo ostendit Boetius ꝙ ista responsio non est ad propositum. Secundo ostendit ꝙ non includit veritatem ibi.

Quasi vero que cuiusqz rei cā sit prescientia ne futurorū necessitas sit an futurorum necessitas causa prouidētie laboretur. Ac non illud demonstrare nitamur quoquo modo se habeat ordo causarum. Necessarium esse euentuz prescitarum rerum etiam si presciētia futuris rebus eueniēdi necessitatē nō videatur inferre. etenim si quispiā sedeat opinionēqz eū sedere coniectat verā esse necesse est. Atq̄z conuersio rursus si de quopiam vera sit opinio: quoniā sedet cum sedere necesse est. In vtroqz igitur necessitas inest. In hoc quidē sedendi at vero in altero veritatis. Sed nō idcirco quisqz sedet quoniam vera est opinio: sed hec potius vera est quoniam quempiam sedere precessit. Ita cū causa veritatis ex altera parte procedat: inest tamē cōmunis in vtraqz necessitas Similia de prouidētia: similiqz rebus ratiocinari patet. Naz etsi idcirco quoniaz futura sunt prouidētur: nō vero ideo quoniā prouidentur eueniūt: nihilominus tamen a deo vel ventura prouideri vel prouisa euenire necesse est: ꝙ ad perimenduz arbitrij libertatem solum satis est.

Jā vero q̄ preposterū est vt eterne pre

¶ Jam vero q̄ preposterum est. Hic philosophia ostendit ꝙ ista rersponsio includit

falsitatem: qz ponit ꝙ aliquod tpale sit causa eterni. dicũt. n. ꝙ res future sint cã prouisiõis eterne. vñ dicit. Jam vero preposterũ. i. peruersum est: ⁊ euentus rerum tpalium dicat esse cã eterne prescientie qd̃ dicitur in ista responsione. vñ subdit. Quid est aliud arbitrari deum iõ prouidere futura: qm̃ sunt euentura ꝙ putare que olim acciderunt. i. ipsa futura esse causam summe ꝓuidentie. q. d. nihil est aliud dicere. ¶ No. est ꝙ nullum tpale est cã eterni: sed poti⁹ econuerso. Indignius enim nõ ẽ cã dignioris: eo ꝙ causa dignior est effectu. tpale aũt est indignius eterno: sicut corruptibile icorruptibili: ergo ⁊c. ¶ Ad hec sicuti cum quid esse scio. Hic ponit ꝑaz responsionem ad probandum secundaz conclusiõez dicens. ad h̃ sup. predicta addenda est hec rõ: sicuti cum scio esse quid. i. aliquid necesse est ipsum esse: ita cũ noui quid futuꝝ: necesse est idipm̃ eẽ futurum. sic igitur fit. i. cõtingit: vt euẽtus rei prescite nequeat euitari. ¶ Nota ꝙ ratio sic potest formari. sicut se habet scientia respectu scibilis presentis: sic prescientia respectu effectus futuri. Sed cum scio in presenti aliquid esse necesse est ipsuz eẽ: ergo cũ prescitur aliquid futurũ esse: necesse est ipsum futurum esse: sed deus prescit omnia futura: ergo necessario eueniunt: ⁊ sic iterum tollitur libertas arbitrij. ¶ Postremo si quid aliquis. Hic ponit tertiam rationem ad idem dicens. Siq̃s existimet aliquid esse aliorsum. i. aliter ꝙ̃ res se habeat: illud non modo. i. non tantum non est scia sz est fallax opinio longe diuersa a veritate scientie: quare si aliquid ita futurum est vt eius euentus non sit certus ⁊ necessarius: quomodo illud poterit presciri euenturum: quasi diceret nullo modo. Cuius rationem assignat dicens. Sicut ipsa scientia est impermixta falsitati: sic illud quod concipititur ab ea nõ potest aliter esse ꝙ̃ concipitur: quia si posset aliter se habere: tunc scientia posset esse falsa. vnde subdit. ista est causa quare scientia caret mẽdacio: quia necesse est vnamquãq; rem ita se habere, sicut scientia comprehendit eam se habere.

scientie tpalium rerũ euentus cã esse dicatur. Quid est aũt aliud arbitrari iõ deum futura qm̃ sunt euẽtura prouidere: ꝙ̃ putare que olim acciderũt cãm summe illius eẽ ꝓuidentie. Ad hec sicuti cũ quid eẽ scio: ipsuz esse necesse est: ita cũ quid futurum noui: id ipm̃ futurũ eẽ necesse ẽ: sic fit. igr̃ vt euentus prescite rei nequeat euitari. Postrẽo siquid aliquis alioruz ꝙ̃ sese res habet existimet: id nõ modo scientia nõ est: sed ẽ opinio fallax a sciẽtie veritate longe diuersa. Quare siquid ita futurum est: vt eius certus ac necessarius non sit euentus: id euenturũ esse presciri quomodo poterit. sicut enim scientia ipsa ipermixta est falsicati: ita id quod ab ea cõcipitur esse aliter ꝙ̃ cõcupitur nequit. Ea namqz causa est cur mendacio scientia careant: ꝙ se ita rem quãqz habere necesse est: vti eam sese habere scientia com

¶ Notandum ꝙ ratio quem intendit est ista. Quicũq; existimat rez aliter esse ꝙ̃ est: eius estimatio est falsa: et non est scientia sed fallax opinio: ergo si deus prescit aliquod futurum eẽ: et si ipsum non necessario euenit sicut presciuit: prescientia dei non erit scientia sed fallax opinio: ergo futura a deo preuisa necessario eueniunt: et sic perit liberum arbitrium.

¶ Quid igitur. Hic philosophia improbat modos quibus aliqui nituntur saluare prouidentiam. Et primo querit quo modo possit saluari prouidentia diuina improbando duos modos quibus aliqui conabantur ipsam saluare. Secundo ponit tertium modũ similiter ipm̃

improbando. secunda ibi: Quod si apud. Primo dicit. Quid igitur dicemus. Quonammodo dici potest ꝙ deus prenoscat hec futura incerta. Primus modus est vt dicatur deuz ea que prouidet iudicare infallibiliter: q̄uis possint non euenire. sed id est incōueniens: quia tūc falleretur sua prouidentia. Unde dicit. Nam si deus censet id est iudicet euenire infallibiliter que etiam possibile est non euenire: fallitur supple deus: quod nō mō id est non tantū nephas est sentire de deo: sed etiā nephas est voce proferre. Secūdus modꝰ est vt dicatur deū prouidere futura indeterminate sicut futura sunt sed isto modo ꝓuidentia dei non est certa. vñ dicit. Si deus discernit ista futura esse que ꝓuidentur indeterminate: sicut sunt vt scz cognoscat ea eque. i. equaliter posse fieri vel nō fieri: que est ista presciētia que nihil certū nihil stabile cōprehendit: quasi dicat talis prouidentia nulla est. ⁊ quid hec presciētia differt ab alio vaticinio ridiculoso Tiresie: qui dicebat q̄cquid dicam hoc erit vel non erit. Quo etiaz id est in quo diuina prouidētia prestiterit id est preualebit humana opinione si iudicat icerta: sicut homīes ea quoꝝ euentus est incertus: quasi dicat in nullo differt. ¶ Notandū ꝙ cum Tiressias vidissz duos serpētes simul coire proiecto baculo ipsos separauit ab inuicem: ⁊ mutatus fuit in mulierem. post septēnium iteꝝ serpentes coeuntes baculo separauit: ⁊ mutatus fuit in viꝝ. Cū aūt orta fuissz dissentio iter iouē ⁊ iunonē: an maior eēt delectatō i coitu viri q̄ mulieris: electus fuit Tiressias in iudicem qui expertus erat sortem vtriusqz sexus. Cum autez diceret maiorem esse delectationem mulieris. Iuno commota excecauit ipsum. Iupiter autem sui misertus in recompensam amissi visus dedit sibi spiritum vaticinandi. Fuit autē hec sua vaticinatio. quicquid dicam erit vel non erit. Si ergo deus nō aliter presciret futura indeterminata nisi quia erunt vel non erunt: non differret sua prescientia a prescientia Tiresie: quod est ridiculosum. ¶ Quod si apud illum. Hic ponit tertium modū conantium saluare prouidētiam. Et est vt ponamus omnia euenire de necessitate: ⁊ auferamus liberum arbitrium. Primo ergo ponit istum modum. Secundo ostendit que in conuenientia sequatur ad ipsum ibi. Quo semel. Primo ergo concludit istum modum dicens: qd̄ si apud illum certissimum fontē omnium rerum nihil potest esse incertum: certus est euentus eorum que ipse firmiter prescierit futura: quare nulla erit libertas humanis consilijs ⁊ actionibus: quas diuina mens sine errore falsitatis cuncta prospiciens alligat ⁊ constringit ad vnum euentum. ¶ Notandum ꝙ nulla mutatio cadit circa fontem omnium rerum: quia cognitio eius non potest esse incerta:

prehendit. Quid igitur. Quonammodo deus hec incerta futura prenoscit. Nā si ineuitabiliter ventura censet que etiam nō eueuire possibile est fallitur: quod sentire non modo nephas est: sed etiam voce ꝓferre. Atsi ita vti sunt ita ea futura esse decernit: vt eque vel fieri ea vel non fieri posse cognoscat: que est hec presciētia que nihil certum nihil stabile cōprehēdit: aut q̄d hoc refert vaticinio illo ridiculoso tiresie quicquid dicaz aut erit aut non. Quo etiam diuina prouidētia humana opinione prestiterit: si vti homines incerta iudicat quorum est incertus euentus.

Quod si apud illū rerum omniuz certissimum fontem nihil incerti esse potest: certus eorum est euētus que futura firmiter ille prescierit. Quare nulla est humāis consilijs actionibusqz libertas: quas diuina mēs sine falsitatis errore cūcto ꝓspiciēs: ad vnū alligat et constringit euentuz:

etiaz si esset incerta esset imperfecta ⁊ diuina. si ergo est certa respectu futuroꝝ: necesse est vt oīa futura prescita a deo necessario eueniant. ¶ Quo semel recepto. Hic ponit incōueniētia q̄ sequūtur si auferat̄ libeꝝ arbitrium. Et prīo oñdit que inconueniētia sequūtur ex parte hoīnum. scdo que ex ꝑte dei. tertio que ex parte coniūctionis hoīm ad deū. scda ibi. Quo nihil. tertia ibi. Igitur ne sperandi. Incōueniētia ex parte hoīm sunt. si non sit libeꝝ arbitriū frustra ꝓponuntur hoībus pene vel premia: ⁊ iniuste puniūtur mali ⁊ p̄miātur boni: nec erunt vicia nec virtutes in hoībus sicut nec in alijs qui agunt necessitate nature ⁊ nō libertate animi. vñ. d. Quo semel recepto. i. posito. s. vt neget̄ libeꝝ arbitriū: liquet. i. manifestū est: q̄tus occasus. i. quāta destructio humanaꝝ reꝝ cōsequat̄. Frustra. n. ꝓponūtur bonis premia ⁊ malis pene: ita statuta ⁊ leges hūane erunt inutiles: q̄ penas et premia statuūt que nullus motꝰ aīoꝝ liber ac volūtarius meruit. Et illud videbit̄ iniquissimū oīm qd̄ nunc iudicat̄ equissimū. s. puniri improbos ⁊ remunerari ꝓbos quos ad alteꝝ. i. ad ꝓbitatem vl̄ īprobitatem nō mittit propria voluntas: sed cogit certa necessitas futuri. igitur virtutes et vicia nō fuerīt quicq̄: sed potius erit mixta ⁊ indiscreta confusio oīm meritorum. s. bonoꝝ ⁊ malorū: ¶ No. q̄ omnes virtutes et vicia oriūtur ex libera electione boni ⁊ mali. ⁊ similiter punitio ⁊ remuneratio fiunt ꝓpter liberam actionez boni vel mali. Si ergo tollitur libertas arbitrij non erit libera electio. nec libera actio bona vel mala est: et per consequēs nulla erit virtus: nullum vicium: et iniuste malus punietur: cum ex necessitate malum operetur: ⁊ iniuste bonus premietur: cum ex necessitate operetur bonum: quod est absurduz dicere. ¶ Quo nihil sceleratius. Hic ostendit inconueniens quod sequitur ex parte dei scilicet q̄ deus erit auctor malorum. Unde dicit. Cum omnis ordo rerum ducatur ex prouidentia diuina: ⁊ si nihil liceat habere fieri ex humanis consilijs: fit id est sequitur: vt vicia nostra referantur in auctorem omnium supple deum: quo nihil sceleratius excogitari potest q̄ deū dicere auctorem malorum: quod tamen necessarium est ablata libertate.

¶ Notandum q̄ defectus in operatione: qui defectus non est in potestate rei vt euitetur: necessario est ab agente et a producente. si ergo actio voluntatis nostre non est libera: defectus actionis secundum voluntatem reducetur in deum: et sic deus erit causans defectum nostrū quod est absurdum. ¶ Igitur nec sperandi aliquid. Hic ponit īconueniētia que sequūtur ex coniunctione hoīs ad deū: q̄ tolleret̄ actus deprecādi ⁊ actꝰ sperādi: quibus maxīe coniungimur deo. vnde dicit. Igitur si tollitur libeꝝ arbitriuz: nec vlla ratio est sperandi aliquid: nec deprecandi inter deū et homines. Quid eniz quisq̄ deprecetur vel speret: si series indeflexa connectit omnia optāda: quasi dicat frustra fieret, vtrumq̄ igitur aufertur illud vnicū

Quo semel recepto: quantus occasus humanarum rerum consequatur liquet. Frustra eniz bonis malisq̄z premia pene ve proponuntur. Que nullus meruit liber ac volūtariꝰ motus aīorū. Idq̄z oīm videbit̄ īiquissimū qd̄ nūc eq̄ssimū iudicat̄ vel puniri īprobos: vel remūerare ꝓbos quos alterutrum non propria mittit voluntas: sed futuri cogit certa necessitas. Nec vicia igitur: nec virtutes quicquam fuerīt: sed omnium merito potius mixta atq̄z indiscreta cōfusio. Quo nihil sceleratius excogitari potest: cū ex prouidētia rerum omnis ordo ducatur: nihilq̄z liceat consiliis hūanis fit: vt vicia queq̄z nostra ad bonorum omnium referantur auctorem. Igitur nec sperandi aliquid

commertium scz sperandi ⁊ deprecandi inter deū ⁊ homines. vocat autem spem ⁊ deprecationem cōmertium: q: istis mercamur omnia beneficia. vnde subdit. siquidem precio iuste humilitatis nos homines promeremur inestimabilē vicem. i. retributōem diuine gratie: qui modus deprecandi solus est quo homines videantur posse colloqui cum deo ⁊ coniungi inaccessibili luci supple deo priusq̄ homines impetrent qd̄ petūt. prius eniz preces porrigimus q̄ effectū nostre petitōis cōsequamur: que s. spes ⁊ deprecatio: si nihil credātur habere viriū recepta id est cōcessa necessitate futurorū: q̄d erit quo connectit id est coniungi atq̄ adherere possum⁹ illi summo principi rerum. q. d. nihil: quare necesse erit genus humanum disseptuz id est dissipatum atq̄ disiunctum: suo fōte. i. a suo p̄ncipio supple a deo: fatiscere id ē deficere vti pauloante cantabas in sexto metro quarti libri. ¶ Notandum q̄ act⁹ deprecandi spectat ad intellectū: ⁊ est oratio scd̄m Johannē damasce. ascensus intellectus ad deum vel in deū quo quidē actu insinuamus deo indigentiā nostrā nō q̄ deo per insinuatōez nostrā aliq̄d innotescat qd̄ prius ignorauerit: sed vt nos ipsa insinuatōe vtēdo cōsideremus in his esse recurrendū ad diuinū auxiliū. Actus autē sperandi pertinet ad voluntatez: q: eius obiectū est bonū futuruz. p istū actuz adherem⁹ d̄o tanq̄ p fecto principio bonitatis innitentis eius auxilio ad cōsequendum bonū quod idigemus. sed si huius modi bonū necessario eueniret vl' impossibile esset euēire: vterq̄ actus tam deprecandi q̄ sperandi esset inutilis.

nec deprecandi vlla ratio est. Quid eīm vel speret quisq̄z vel etiam deprecet̄ quando optanda oīa indeflexa series cōnectit. Auferetur igitur vnicuz illud inter hoīes deumq̄z cōmertiū sperandi scz et deprecādi siquidē iuste humilitatis precio inestīabilem vicem diuine gratie promeremur q̄ solus modus est: quo cuz deo colloqui homines posse videantur: illiq̄z inaccessibili luci prius quoq̄z q̄ impetrēt ipsa supplicanda ratione coniungi: que si recepta futurorum necessitate nihil viriū habere credantur: quid erit quo summo illi reruz prīcipi cōnecti atz adherere possumus. Quare necesse erit humanū genus vti pauloāte cantabas disseptuz atq̄z disiunctū suo fonte fatiscere.

Metrum tertium libri quinti.

Uenam discors federa rerum
Causa resoluit quis tanta deus
Ueris statuit bella duobus

¶ Metrum tertium quinti libri.

Uenam discors federa rerum. Causa resoluit: quis tanta deus. Hic incipit tertiuz metrum huius quinti quod dicitur adonicum vel secundum alios archiloicuz ab inuentore: dactilicum a pede predominante. vnde facit exclamationem super incompassibilitate que apparet inter prouidentiam ⁊ liberum arbitrium. Et primo querit quare sint incompassibilia: cum per se considerata sint passibilia. Secundo ponit responsionem ad hoc. Tertio contra responsionem obijcit. Quarto obiectionem soluit. Secunda ibi. An nulla. Tertia ibi. Sed cur tanto. Quarta ibi. An cū mentez. Primo dicit. Quenā discors. causa resoluit id est separat: federa id est concordias rerum scilicet prouidentie diuine ⁊ liberi arbitrij: ne cōpatiant̄ se sil': aut' q̄s de⁹ tāta. bella statuit duob⁹ veris ⁊ singl'a v̄a: q̄ carpti. i. sigillati vl' diuisim accepta: cōstant. i. p̄manēt: eadē tn̄ mixta. i. cōiuncta: noluit iugari. i.

copulari se inuicez compatiendo. Tunc ponit responsionem dicens: ꝙ istis duobus veris. s. ꝓuidentie et libero arbitrio nulla est discordia: sed apparentia discordie prouenit ex debilitate nr̄i intellect⁹. vñ. d. An est nota solutionis nulla est discordia veris si sp̄ certa coherent sibi: sed mēs nr̄a obruta. i. opressa: membris cecis. i. cecantibus aīam: illa nequit igne. i. oppressi luminis. s. intellectus noscere tenues. i. subtiles: nexus. i. coniunctōes rer̄ que videntur discordare. ¶ No. si cōsiderem⁹ ꝓuidentiam diuinam per se: possibile est eam esse. si cōsidermus liberum arbitrium per se etiā possibile ē eū esse vt pz ex dictis. Sz si considermus vtrūq; simul: tūc videntur īcompassibilia: sicut pz ex rōibus superioribus. secundū veritatem aūt se bñ cōpatiūtur: sed nobis non apparet: q: intellectus nr̄ oppressus mole corpis ñ potest se eleuare in hmōi cognitionē. Nam s̄m sapientem corp⁹ qđ corrūpitur aggrauat aīam: et terrena habitatō opprimit sensuz multa cogitantē. ¶ Sz cur tanto flagrat amore. Hic phīa obijcit contra solutōem. Si. n. aīa ignoret istas subtiles cōiunctōes: vñ est ꝙ desiderat eas scire: cū nihil ignotū possit desiderari. vñ dicit Sed cur aīa flagrat. i. ardet tanto amore. i. desiderio: reperire notas tectas. i. notificationes latentes: veri. i. veritatis. Scit ne mēs illud qđ ipsa anxia. i. sollicita appetit nosse. q. d. nō: q: nemo appetit scire illud qđ scit. ⁊ hoc est qđ dicit. Quis laborat scire nota. q. d. nullus. Io portet igitur dicere ꝙ nesciat: ⁊ tunc sequitur aliud īconueniens. s. ꝙ aīa desideret illud quod nescit. v. dñ. Si nescit illud qđ petit: quid petit. i. desiderat mens ceca id est ignorans. Quis. n. nescius optet. i. desideret quicq̄. An quis potest sequi nescita: aut quis nescius potest noscere quo inueniat sup: illud quod querit. ⁊ quis ignotus id est nescius: queat. i. potest noscere formaz repertaz. q. d. nullus. ¶ No. ꝙ dictum est in responsione ꝙ aīa ignorat cōpassibilitatē prouidentie ⁊ liberi arbitrij: sed desiderat eam scire. Contra hoc arguit sic. Nullus appetit scire qđ scit. Si aīa desiderat scire aliq̄d vel ignorat illud vl̄ scit. si scit: ergo non desiderat ipsum scire: q: nullus appetit scire quod scit: cum omnis appetitus sit ratione carentie. Si aūt ignorat illud quod desiderat: quomō ignotum desideratur: cū voluntas non querat incognitum: iō si ignorat nū q̄ ignoscet. Quis enim ignotū inueniet. Si. n. paterfamilias quereret seruum fugitiuū quē ignoraret: posset sibi multotiens occurrere ꝙ ipsum non inueniret: sicut dicit Linconiensis super prīo posterior̄. ¶ An cū mentem cerneret altam. Hic soluit obiectionem. vbi notandū est ꝙ Plato posuit aīas eē in celo creatas ⁊ habere cognitionē oīm perfectaz: s̄ p̄ lapsuz ad corpora eā obliuisci cognitionē rerum in p̄ticulari ⁊ retineri eā in vniuersali: ⁊ postea per

Ut que carptim singula constant:
Eadem noluit mixta iugari
An nulla est discordia veris
Semperqz sibi certa coherent
Sed mens cecis obruta membris
Nequit oppressi luminis igne
Rerum tenues noscere nexus.
Sed cur tanto flagrat amore
Veri tectas reperire notas
Scit ne quod appetit anxia nosse
Sed quis nota scire laborat
Etsi nescit quid ceca petit.
Quis enim quicq̄ nescius optet
An quis valeat nescita sequi
Quoue inueniat quis repertam
Queat ignotus noscere formam.
An cum mentem cerneret altam
Pariter summam singula norat
Nunc membrorum condita nube

exercitiuz recuperare cognitionē rerum in particulari. vñ dicit sic. An est nota solutionis: cū aīa cerneret. i. specularetur: altam mētez. i. profundā mentē dei: ipsa pariter et simul norat. i. nouerat: summā. i. vniuersalem cognitōem: ⁊ singula. i. singularem cognitionem rer̄: ꝫ nunc ipsa condita. i. tecta nube mēbror̄ nō est oblita sui: in totum. i. totaliter: sed ipsa tenet summā i. cognitōem vniuersalem rer̄: perdēs singula. i. singularē cognitionem. igitur quisquis req̄rit. i. inuestigat cognoscere vera: talis est neutro habitu sup. vt ꝑfecte cognoscat vel ꝙ oīno ignoret. vnde dicit. Naz neq̄ nouit. s. in spāli ⁊ perfecte illud qd̄ requirit: nec penitus nescit oīa: ꝫ ipse mēinit. i. in mēoria bz̄: summā. i. vniuersalem cognitionem quam retinens consuluit sup. actuali cōsideratōe: retractans id est reuocans per studiū: alte. i. subtiliter visa. i. prius in spāli cognita: vt ipse queat addere oblitas partes partibus seruatis sup. in memoria. ¶ No. ꝙ secundū istam viaz Platonis soluerētur ratio prius tacta: vel aīa scit qd̄ d̄siderat vel nescit. dico ꝙ nescit in speciali ⁊ i ꝓpria forma: sed scit in vniuersali. ⁊ cum dicitur nullus desiderat ignotum: ver̄ est sicut est ignotū in vniuersali: tamē desiderat ipm vt est ignotum in spāli. ⁊ cū dicit si ignoret nunq̄ inueniet: veruz ē si ignorat taz in generali q̄ in speciali. ⁊ si ignorat in potētia ⁊ in actu: si tñ scit in potentia ⁊ in vniuersali: ⁊ ignorat actu in propria forma: potest ipsum inuenire ⁊ addiscere.

Non in totum est oblita sui
Summāqz tenet singula perdens.
Igitur quisquis vera requirit
Neutro est ambitu: nam neqz nouit
Nec penitus tamen omnia nescit
Sed quam retinens meminit summam
Consuluit alte visa retractans
Vt seruatis queat oblitas addere ꝑtes.

Prosa quarta libri quinti.

Um illa vetus inquit hec est de ꝓuidentia querela a marcoqz tullio cū dīnatōez distribuit vehemēter agitata: tibiqz ipi res diu ꝓrsus multūqz quesita: sed haud quaq̄ ab vllo vestrum hactenus satis diligenter ac firmiter expedita. cuius caliginis causa est ꝙ humane ratiocinationis motus ad diuine presciētie simplicitatem non potest admoueri. que si vllo mō cogitari queat: nihil ꝓrsus relinquetur ambigui. quod ita demum patefacere atqz expedire temptabo: si pri⁹

¶ Prosa quarta quinti libri.

Um nulla vetus iquit. Hec est ꝓsa quarta b⁹ quinti: in qua phīa incipit dissoluere questiōem de cōpassibilitate ꝓuidentie et liberi arbitrij. et prīo tangit difficultatē b⁹ questionis ⁊ cām difficultatis: et tangit modū ꝓcedēdi circa eius solutionē. Secūdo dissoluit eā ibi. q̄ro eīm. Prīo. d. hec querela. i. q̄stio hec de ꝓuidentia est vet⁹: et est vehemēter agitata. i. ꝑtractata a Marco tullio: cū distribuit. i. diuidit diuinatōez i li. dīnationū vbi diuidit dīnatōem in suas spēs nō solū hoc: ꝫ tibi ipsi ⁊ res multū diu quesita. Sz haud quaq̄. i. nō alicubi ab vllo vr̄m satis diligēter ⁊ firmiter expedita: cui⁹ caligīs. i. difficultat̄ cā ē ꝙ motus. i. actus hūane rōcinatōis n̄ potest admoueri. i. applicari ad simplicitatē dīne p̄sciētie. i. ꝓuidentie: que si vllo mō queat excogitari: nihil relinquet̄ prorsus ābigui qd̄. s. ratōem ⁊ cām difficultatis: ita demū patefacere ⁊ expedire tēptabo: si pri⁹ expādero. i. declarauero ea quib⁹ tu moueris. ¶ No. ꝙ q̄stio de priuidētia dīna ⁊ libero arbitrio est oīm q̄stionū difficillima de qua multi ātiquor̄ dubitabāt: ⁊ nō nulli modernor̄ ꝓpt̄ ei⁹ difficultatē lapsi sunt: quā Tulli⁹ in li. diuinationū ꝑtractās ⁊ nō valēs dissoluere ei⁹ difficultatē: negat peni

tus prouidentiaz ⁊ presciētiam futuroꝝ a deo in predicto libro diuinationuz. ¶ Quero eniz. Dic philosophia accedit ad solutionē questionis. ⁊ primo discutit motiua Boetij. secundo soluit dubitationē siue questionē. ibi. Quoniam igitur. Circa primo sciendū ꝙ duo fuerūt motiua Boetij principalia circa hanc questionē. Primū quia videtur necessarium si deus preuidet futura ꝙ necessario eueniūt. Secundū motiuū ꝙ futura quoꝝ euent⁹ ē icert⁹ sicut sunt futura cōtingentia nō possunt a deo certa p̄uideri. Primo ergo ꝑtractat primum motiuū. Secūdo secundum ibi. ¶ Sed hoc inquis. Prīo ostēdit ꝙ si deus preuidet futura non propter hoc necessario eueniunt.

Secūdo mouet dubitationē ibi. Sed quid fieri pōt. Primo ostendit ꝙ ex presciētia dei nō infertur necessitas libero arbitrio. Secundo ostendit ꝙ prescientia dei non sit signū necessitatis futuroꝝ. ibi. Sed presciētia. Circa primū sciēdum est ꝙ prius improbauit quādam respōsionem qua quidā nitebantur impedire rationem ostendentez nō esse libeꝝ arbitriū propter presciētiaz diuinā. quā respōsionē hic resumit ostendēs eaz aliquo modo esse bonā: q: sufficiēter impedit intentionē aduersarij. Nā aduersarius ex nullo alio probat necessitatē futuroꝝ: nisi q: sunt p̄scita a deo. Cur igitur ex respōsione hēatur ꝙ presciētia nullā causalitatē hz sup̄ futura: videtur sufficiēter ostensuz esse ꝙ ea que procedūt ex libero arbitrio n̄ sunt necessaria. Primo ergo ponit istam respōsionem resumendo eius solutionem dicens. Quero enim cur illam rationē soluentiuz putes minus esse efficacem que putat libertatē arbitrij nō impediri a presciētia: q: estimat prescientiā nō esse causam necessitatis futuroꝝ. ꝙ autē per istam responsionez impediatur illatio necessitatis futurorū patet ex hoc: q: tu nō trahis aliūde argumentū necessitatis futuroꝝ: nisi ꝙ ea q̄ presciūtur nō possunt non euenire. Si igitur prenotio id est presciētia futuroꝝ nullaz adijcit id est imponit necessitatem rebus futuris vt dicit responsio: ⁊ tu etiam fatebare pauloante quid est id qd̄ esse poterit ꝙ voluntarij exitus cogantur ad certū euentū rerum: ⁊ ita per istam responsionē excluditur necessitas futurorum. ⁊ manifestat se in exemplo dicens. Ut aduertas quid consequatur gratia positōnis id est exempli: statuamus id est ponamus ꝑ impossibile nullam esse prescientiam futurorum: igitur hoc posito quantū ad hoc. i. quātuz ad istam illationez: qua ex presciētia cōcludit necessitas futuroꝝ: ea q̄ eueniūt ex arbitrio cogūtur ne ad necessitatē: dicit Boe. Minime. ⁊ phia. Statuam⁹ iteꝝ eē ꝓuidētiā: sz nihil necessitatis iniūgere reb⁹ futuris: manebit vt opinor eadē libertas volūtatis itegra ⁊ absoluta ab oī necessitate. ¶ Notādū ꝙ prior solutio īprobata fuit bona ⁊ mala. i b̄ fuit bōa q: posuit p̄sciam nō eē cām necessitatis futuroꝝ dicit eniz. Ideo futura eueniunt: non quia deus ea preuidet: sed in hoc fuit mala: quia posuit futura esse causa prescientie dei. dixit enim: quia futura sunt: ideo deus ea ꝓuidet. patet ex

ea quibus moueris expādero. Quero enim cur illam soluentium rationem minus efficacez putes: que quia prescientia non esse futuris causam necessitatis existimat: non impediri prescientia arbitrij libertatem putat. num enim tu aliam de argumentum futurorūz necessitatis trahis nisi ꝙ ea que presciūtur non euenire non possunt. si igitur prenotio nullam futuris rebus adiicit necessitatem quod tu etiam pauloante fatebare: quid est ꝙ voluntarij exitus rerum ad certuz cogantur euentū Etenim positionis gratia vt quid consequatur aduertas statuam⁹ nullaz esse prescientiam. num igitur quātum ad hoc attinet que ex arbitrio eueniunt ad necessitatem coguntur. Boe. Minime. Philosophia. Statuamus iteruz esse: sz nihil rebus necessitatis iniūgere manebit vt opinor eadē volūtatis itegra atz absoluta li

go et responsione antiquorum ꝙ prescientia non est causa necessitatis rebus futuris.
¶ Sed prescientia inquies. Dic ostendit phia ꝙ prescientia diuina nō sit signum necessitatis rebus futuris. Scdo ostendit ꝙ modus probandi ex signo non est efficax ibi. Jaz ṽo. prio. d. Tu inquies. i. dicere poteris: tametsi pro q̄uis prescientia non sit necessaria eueniēdi rebus futuris: tametsi signū ea necessario esse ventura: ⁊ ita prescientia potest inferri necessitas futuroꝝ tanq̄ ex signo. Hoc igitur mō ponendo presciam esse signū necessitatis futurorum constaret exitus. i. euentus futuroꝝ esse necessarios: etiā si non fuisset precognitio: qđ probat ex natura signi di. Oē nāq̄ signū tantū ostendit quid sit. i. manifestat illud cuius est signū: sed nō efficit qđ signat: quar vt prenotionē. i. ꝓuidentiā appareat esse signū necessitatis futuroꝝ: demonstrandū erat pri⁹ nihil contingere nō ex necessitate i. oīa euenire necessario: alioquin si hec necessitas futuroꝝ nulla h̄ est illa prescientia poterit esse signum eius rei que non est: ⁊ ita ñ valet arguere necessitatem futurorū ex presciētia tanq̄ ex signo.
¶ No. ꝙ signū nō est cā eius c⁹ est signū: sed tm̄ manifestat signatum esse: vt circulus nō est ca vēditionis vini: se tm̄ est signū venditōis. Si ergo presciētia esset signū necessitatis futurorū presupponeret futura esse necessaria: et sic ad ostēdēdū presciam eē signū necessitatis futurorum: oporteret pri⁹ oñdere futura necessario eē futura anteq̄ prescia esset signuz necessitatis futuroꝝ: alias prescientia esset signū alicui⁹ rei que ñ est: qđ ē absurdū. ¶ Jaz ṽo. Hic ostendit modum probandi ex signo non esse efficacez. et dicit. Constat id est manifestuz est rationem subnixam id est firmaz probatione id est demonstratione eam non esse ducendam ex signis neq̄ ex argumentis extrinsecus petitis id est acceptis: sed firma ratio ducenda ex cōuenientibus id est ex proprijs et necessarijs causis. Cum ergo predicta ratio processerit ex signo non est efficax et demonstratiua: cum sit a posteriori. Demonstratio autem que est potissima probationum ipsa est a priori cum sit ex causis per se imediatis prioribus ⁊ notioribꝰ et pro tanto etiam demonstratio est silogismus faciens scire efficax ad probanduz: ex primo po eriorum. ¶ Sed quid fieri potest. Hic philosophia mouet quandam dubitationem et soluit eam. videtur enim ex dictis sequi ꝙ aliqua possint presciri que tantum non necessario eueniunt. si autem non necessario eueniunt possunt non euenire: et sic sequitur ꝙ aliquod prescitum a deo non eueniat. Primo ergo philosophia dubitando de hoc querit dicens.

bertas. Sz prescīa iq̄es: tāetsi futuris eueniendi necessitas non est: signum tamen est necessario ea esse ventura. Hoc igitur non etiā si precognitio nō fuisset: necessarios futurorū exitus eē cōstaret. Omne eteniz signū tm̄ quid sit ostendit: nō vero efficit quod designat: quare demōstrādū prius est nō uihil ex necessitate contingere vt prenotionem signum esse huius necessitatis appareat: alioquin si hec nulla est: nec illa quidē eius rei signū poterit eē que nō est. Jam vero ꝓbatōem firma rōe subnixam constat: non ex signis neqz petitis extrinsecus argumentis: sed ex cōuenientibus necessariisqz causis esse ducendam. Sed qui fieri potest: vt ea nō perueniant que futura esse prouidentur. Quare vero non ea que prouidentia futura esse prenoscit non euentura credamus: ac non illud potius arbitremur: licet eueniant: nihil tamen vt euenirent sui

Ex quo ita est ꝙ ea que sunt prescita non sunt necessaria: sed possunt non euenire qui id est quomodo fieri potest vt ea que prouidentur futura esse non proueniāt. Tunc soluit dubitationez dicens: ꝙ nō negatur ꝙ prescita nō eueniāt: imo oportet dicere ꝙ prescita euēiāt: sz tñ ñ euēiūt de necessitate. Unde dicit. quasi vero. q. d. Ista dubitatio ꝓcedit quasi nō credamus ea que prouidētia prenoscit nō esse euētura. sed hoc nō est veruz: sed potius arbitremur illud scz ꝙ licet futura eueniant: nihil tamē necessitatis habuisse in sui natura vt euenirent. i. manifestat in exemplo quomodo aliquid certe cōprehēdit: qđ tñ ñ ē necessariū di. ꝙ aliq̄d cognitū euēiat: ⁊ tñ ñ necessario licebit ꝙ tu ꝑpendas hinc. i. ex tali exemplo. intuemur enim plura subiecta oculis: duz fiunt id est dum sunt in fieri sicut ea que vidētur aurige facere in moderandis ⁊ flectendis quadrigis ⁊c. Uidemus ad hūc modū vt q̄ fiunt in alijs actib⁹ volūtarijs nū q̄d vlla necessitas cōpellit aliqđ illorū ita fieri sicut oculis videtur dicit Boeti. Minime. ⁊ assignat rationē. frustra eniz esset effectus artis: si omīa mouerētur coacta: ⁊ frustra esset ars flectēdi quadrigam: si necessario flecteretur. igit̄ illa que cuz fiunt carent necessitate existendi: eadē sunt futura sine necessitate priusq̄ fiāt. Ex quo cōcludit ꝙ quedā sunt euētura quorū exitus. i. euentus est absolutus ab omni necessitate. ⁊ forsan aliquis diceret: nā ea que nūc fiunt nō erāt futura priusq̄ essent. hoc excludit dicens. nullum arbitror esse dictuꝝ: ꝙ q̄ nūc fiūt euentura nō fuerūt. hoc eniz esset nimis irrationabile: iō necessario cōcluditur ꝙ hec etiam precognita habent euētus liberos: quia sicut scientia presentium nihil importat necessitatis his rebus que fiunt in presenti: sicut patet in exēplo predicto de regimine quadrige: ita prescientia futurorum nihil importat necessitatis his que ventura sunt.

natura necessitatis habuisse. Quod huic facile perpendas licebit. Plura enim dū fiunt subiecta oculis intuemur: vt ea que in quadrigis moderandis atqz flectēdis facere spectātur aurige atqz ad hunc modum et cetera. Num igitur quicq̄ illoruz ita fieri necessitas vlla compellit. Boetius. Minime. Philosophia. Frustra eniz esset artis effectus si omnia coacta mouerentur: que igitur cum fiunt carent existēdi necessitate: eadem priusq̄ fiant sine necessitate futura sunt. Quare sunt quedam euētura quorum exitus ab omni necessitate absolutus sit. Nam illud quidez nullum arbitror esse dicturuz ꝙ que nūc fiunt priusq̄ fierent euētura non fuerint: Hec etiā igitur precognita liberos habēt euētus. Nam sicut scientia presentiuz rerū nihil his que fiunt: ita prescientia futurorū nihil his que vētura sunt necessitatis īportat. Sed hoc inquis ipsum dubitatur

¶ Nota ꝙ licet futura in comparatione ad diuinam prouidentiam sint necessaria necessitate condicionata: non tamen omnia sunt necessaria necessitate absoluta. Multa enim libere eueniunt sicut ea que fiunt ab arte ⁊ a voluntate ⁊ regimen quadrigarum. Si enim regimen quadrigarum necessario eueniret: frustra esset res regendi quadrigam.

¶ Notandum ꝙ sicut res actu fiunt: ita erunt future: sed quedam actu libere fiunt: ergo erunt libere future: et per consequens non omnia sunt necessario futura: licet necessitate condicionata inquantum comparantur ad prouidentiam diuinam: non tamen in sui natura considerata necessario eueniunt necessitate absoluta sicut postea videbitur: vbi distingue duplicem necessitatem condicionatam ⁊ absolutam.

¶ Sed hoc inquis. Dic philosophia discutit motiuum Boetij vtrum futura incerta si-

cut sunt cōtingentia possint certe presciri. et prīo mouet dubitationē de hoc: ⁊ tāgit rōem dubitatōis. Scdo assignat cām erroris ibi. Cuius erroris cā est. dicit prīo. Sed tu inquis o. B. hoc ipm dubitatur an possit esse vlla prenotio. i. prescientia illaꝝ reꝝ que nō habent necessarios exitus. i. euentus. hoc. n. nullo modo videt possibile. Cū. n. videntur hec dissonare prescientia ⁊ continētia: tu. n. putas si preuideantur contingētia necessario ipsa cōsequi: ⁊ si necessitas desit minime ipa presciri ⁊ putas nil posse cōprehendi prescientia diuina nisi certum: ⁊ si ea que sunt incerti exitus. i. euētus sicut contingentia: si ꝓuidentur illa quasi certa: tu putas illō esse caliginem opiniōis nō varietatem scientie: ⁊ in hoc tu decipieris: cuius deceptionis cā est error tuus circa indicium cognitionis. Credis. n. diuersum esse ab integritate scientie aliter arbitrari rē ꝙ se habeat: et in hoc erras.

an earum rerū que necessarios exitus nō habēt vlla possit eē prenotio. dissonare ⁊ eiꝫ vidētur: putasqꝫ si prouideātur consequi necessitatē: si necessitas desit mime p̄sciri: nihilqꝫ scia cōprehendi posse nisi certū. Qd si que incerti sunt exitus ea quasi certa prouidentur: opinionis id eē calliginē nō scie veritatē. Aliter. n. sese res habeat arbitrari ab itegritate scie credis eē diuersum. Cui⁹ erroris causa est ꝙ oia que quisqꝫ nouit: ex ipsorum tantum vi atqꝫ natura cognosci estimat que sciūtur quod totum contra est. Omne eniꝫ quod cognoscitur non secundum sui vim sed secundum cognoscentium potius comprehenditur facultatem. Nam vt hoc breui liqueat exemplo eandem corporis ro-

¶ No. ꝙ qꝛ nos nō possumus futura contingentia certe prenoscere: putam⁹ similiter deū hoc non posse. res eim eodēmodo se hn̄s diuersimode a diuersis potest cognosci. Unde cognoscere rem aliter ꝙ se habꝫ ex parte rei cognite non est scientia. Sed cognoscere rem aliter ꝙ se habeat ex parte cognoscentis bene est scientia: ⁊ sic futura contingentia licet in se sint incerta: possunt tn̄ presciri a deo sine errore falsitat̄. ¶ Cui⁹ erroris causa ē. Hic assignat causam erroris. Ubi no. ꝙ cā erroris quare putamus futura icerta nō posse certe presciri: qꝛ putat ꝙ facultas cognitōis sit ꝑm facultatem rei cognite ⁊ nō ipius cognoscētis qd est falsum. Primo ergo premittit hmōi cām erroris. scdo iprobat ipam. ibi. Nam vt hoc breui. dicit prīo Cuius erroris cā est: qꝛ existimatur ꝙ oia que quisqꝫ nouit illa cognoscit tn̄ ex vi ⁊ natura ipsorum que sciunt ⁊ nō ex vi cognoscētis: qd totuꝫ est contra. i. per contrarium: qꝛ res magis cognoscuntur ꝑm naturam cognoscētis. Omne. n. qd cognoscitur nō cōprehenditur ꝑm sui vim. i. ꝑm modum sue nature: sed potius ꝑm facultatem cognoscētis. ¶ Notā. ꝙ si cognitio esset ꝑm facultatem rei cognite: tunc res ab omnib⁹ eodē modo cognosceretur: ⁊ sic aliquid comprehēderet eodem modo ab intellectu humano ⁊ dīno: qd falsum est: qꝛ que sunt incerta comprehensiōe humana: sunt certa comprehēsiōe diuina. cognitio ergo poti⁹ attenditur ꝑm facultatem potentie cognoscētis: ita ꝙ quāto potentia est efficacior ⁊ certior: tanto certius et limpidi⁹ rem cōprehendit. ¶ Nam vt hoc breui exemplo liqueat. Hic probat ꝙ facultas cognitionis est ꝑm facultatē potentie cognoscentis ⁊ nō rei cognite. Primo declarat hoc exēplis. Scdo probat hoc idem ꝑ rationē. ibi. Ipsum quoqꝫ. primo dicit ꝙ cognitio sit ꝑm facultatem cognoscētis liquet breui exemplo. nam visus aliter agnoscit eandem corporis rotunditatē et aliter tactus. Ille. n. visus manēs emin⁹. i. a longinquo intuetur totū corp⁹ simul iactis radijs visualib⁹. Hic v̄o sup. tactus coherēs ⁊ cōiunct⁹ orbi id est rotunditati: et motus circa ipsum ambitum id est circa corpus rotundum: comprehendit. s. eius rotunditatem: par

tibus id est per partes. ¶ Notandum ꝙ innuit duplicem differentiam inter modum cognoscendi visus ⁊ tactus. Prima est ꝙ visus a remotis existens cognoscit aliquod corpus rotundum. Tactus autem non cognoscit ipsum nisi coniunctus. Secunda differentia est ꝙ visus totum corpus simul comprehendit: tactus autem per partes. talis autem diuersitas in cognoscendo non esset: si res cognosceretur ex sui natura: cum eadem res maneat in vtraq; cognitione. ¶ Notandum ꝙ quidam dixerunt visionem fieri per emissionem radiorũ visualium ab oculis vsq; ad rem visam: sed hec opinio est cõtra Aristotelem. visio enim nõ fit extra mittendo: sed intus suscipiendo. patiente enim aliquo sensitiuo fit ipsum videre secundo de anima. Dic autẽ loquitur opinione antiquorũ cũ dicit ꝙ visus totũ corpus intuetur iactis radijs ¶ Ipsum quoq; hominem. Dic ponit secundum exemplum in virtutibus cognoscitiuis subordinatis. Secundo ostendit quomõ iste virtutes se habeant adinuicẽ ibi. In quo illud. Prio ergo ꝛclarat quomodo idem a diuersis potẽtijs diuersimode cõprehenditur dicẽs sensus exterior aliter cõtuetur ipsũ hominẽ: aliter imaginatio: aliter intelligentia diuina. Sensus enim exterior sicut visus iudicat figurã hominis in subiecta materia. i. in sensibili materia: sed imaginatio solũ figurã discernit sine materia. i. in abientia rei materialis. Ratio vero hanc imaginationem transcendit: ⁊ ipsam speciem id est naturam specificam hominis que singularibus inest perpendit id est discernit vniuersali consideratione. oculus vero id est consideratio intelligentie est celsior: quia intelligentia diuina supergressa ambitum vniuersitatis qui existit in singularibus illam simplicem formam scilicet ideam hominis que est in mente diuina: contuetur pura acie id est speculatione pure mentis.

tunditatem aliter visus aliter tactus agnoscit. Ille eminus manens totum simul iactis radijs intuetur. Hic vero coherens orbi atq; coniunctus circa ipsum motus ambitum rotunditatem partibus comprehendit. Ipsum quoq; hominem aliter sensus: aliter imaginatio: aliter ratio: aliter intelligentia contuetur. Sensus enim figuram in subiecta materia constituta. Imaginatio vero solũ sine materia iudicat figurã. Ratio vero hanc quoq; transcendit speciemq; suã que singularibus inest vniuersali consideratione perpendit. Intelligentie vero celsior oculus existit. supergressa namq; vniuersitatis ambitu ipsam illam in simplicem formam pura mentis acie contuetur. In quo illud maxime cõsiderandum est. Nam superior vis cõprehendendi ãplectitur inferiorẽ: inferior vero ad superiorem nullomodo cõsurgit. neq; enim sensus aliquid extra materiam va

¶ Notandum ꝙ primum fuit de virtutibus cognoscitiuis non subordinatis sicut de visu ⁊ tactu: istud autem exemplum est de virtutibus subordinatis que sub quattuor: scilicet sensus exterior qui inest omnibus animalibus: imaginatio que tantum inest animalibus perfectis: ratio que tantum est in hominibus: ⁊ intelligentia per quam intelligit diuinam cognitionem. iste virtutes habent diuersimodum cognoscendi eandem rem scilicet hominem vt declaratur in littera: quod non esset nisi cognitio fieret secundum facultatem virtutum cognoscentium ⁊ non rei cognite. ¶ In quo illud maxime considerandum est. Dic ostendit philosophia quomodo predicte virtutes cognoscitiue se habent ad inuicem ostendens ꝙ quicquid potest virtus inferior: potest etiam ⁊ superior ⁊ amplius. Et primo hoc ostendit de intelligentia respectu aliarum virtutum. Secundo ostendit idem de ratione. Secunda ibi.

# Prosa Quarta

